

INSTITUTUM
HISTORICUM POLONICUM
ROMAE

SOCIETAS
POLONICA SCIENTIARUM
ET LITTERARUM IN EXTERIS
LONDINII

XI

A N T E M U R A L E



NON EXSTINGUETUR

ROMAE

LONDINII

1 9 6 7

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).


ANTEMURALE, I-XI, Roma, 1954-1967

INSTITUTUM
HISTORICUM POLONICUM
ROMAE

SOCIETAS
POLONICA SCIENTIARUM
ET LITTERARUM IN EXTERIS
LONDINII

XI

A N T E M U R A L E



NON EXSTINGUETUR

ROMAE

LONDINII

1 9 6 7

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKORONSKI

EDITIONEM CURAVERUNT:
VALERIANUS MEYSZTOWICZ
HENRICUS PASZKIEWICZ

INDEX RERUM

I. FONTES

<i>Aliqua documenta gentis Szembek (ex collectione Casimiri Mycielski Ioannesburgii - Africa)</i> , ed. V. MEYSZTOWICZ	Pag.	3
<i>Epistola Pauli IV P.M. ad Bonam Reginam Poloniae</i> , ed. V. MEYSZTOWICZ	»	23
<i>Quelques documents des Wyhowski</i> , ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS (avec 1 planche)	»	25
<i>Tentatives d'introduire la langue russe dans les églises latines de la Pologne orientale (1865-1903)</i> , ed. Z. OLSZAMOWSKA-SKOWROŃSKA	»	47

II. DISSERTATIONES HISTORICAE

KAROLINA LANCKOROŃSKA, <i>Un portrait de Sigismond III, roi de Pologne, par Rubens</i> (avec 3 planches)	»	173
LUÍS FERRAND DE ALMEIDA (Coimbra), <i>Le Portugal et la bataille de Vienne (1683)</i>	»	177
STANISŁAW BÓBR-TYLINGO (Halifax), <i>Lord Clarendon's Mission to Germany in 1863</i>	»	185

III. DISSERTATIONES LITTERARIAE

WŁADYSŁAW WIELHORSKI (London), <i>The Nationality of Mickiewicz in the Light of Modern Sociological and Ethnological Studies</i>	»	193
ZYGMUNT MARKIEWICZ (Nancy), <i>Balzac et la Pologne. Mythes et réalité</i>	»	205

I
F O N T E S

VALERIANUS MEYSZTOWICZ

ALIQUA DOCUMENTA GENTIS SZEMBEK

(ex collectione Casimiri Mycielski Ioannesburgii - Africa)

INTRODUCTIO

Septem documenta, quorum quasi omnia ad familiam Szembek, olim in Polonia illustrem, spectant, hic typis impressa habemus. Inter scripta, quae nunc lectoribus inspicienda deferimus, occurrunt authentica quaedam acta Henrici VII et Caroli IV Imperatorum, Casimiri Magni, Sigismundi I et Sigismundi Augusti Poloniae Regum, necnon Cardinalis Demetrii, qui saeculo XIV legati pontificii munere in Polonia et Hungaria functus est. Nulla omnino documenta, nostris praesertim temporibus, a deletione sunt secure; sed ea, quae in minoribus collectionibus custodiuntur, adhuc maioribus exponuntur periculis. Proinde, ne prorsus extinguantur scintillae veritatis, quae extra maiora Europae tabularia lucescunt, illa acta extra vagantia, ut ita dicamus, typis imprimenda statuimus.

Ita iam habemus in nostris ephemeridibus (Antemurale II 1955, 105-157) *Manuscripti Gertrudae, filiae Mesconis II Regis Poloniae*, quod in Museo Civili in oppido nunc Cividale nominato (olim Forum Iulii) asservatur, primam plenam, longe licet imperfectam, editionem publici iuris factam; habemus etiam *Epistolam Joannis III Regis Poloniae ad Christinam Reginam Sueciae* (Antemurale VI, 1960-1961, 87-91) ex collectione Iordanov; *Sigismundi I Regis Poloniae documentum in Australia inventum* (Vol. IX, 1965) ex collectione Broel-Plater. Nec nominamus Cl.mi Pauli Collura *Repertorium rerum Polonicarum in Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*, quod totum volumen V nostrorum *Elementorum ad Fontium Editiones* (1962) occupat. Apparet quoque in praesenti fasciculo editio documentorum, quae ad gentem Joannis Wyhowski, Cosacorum celeberrimi illius hetmani, pertinent.

Ad commentaria historico-geographica conficienda opera permulta perlustravimus, inter quae citantur:

Allgemeine Deutsche Biographie I-LVI, Leipzig-München-Leipzig 1875-1912.

CHEVALIER, U., *Répertoire des sources du Moyen Age* I-II, 1805-1907.

DŁUGOSZ, J., *Joannis Długossii Historiae Polonicae libri XII* (ed. A. Przeździecki et Żegota-Pauli) I, Kraków 1873.

DWORZACZEK, W., *Genealogia*, Warszawa 1959.

EUBEL, C. (et alii), *Hierarchia Catholica* I-VI (1198-1799), Monasterii et Patavii, 1898-1958.

- GROTFENFEND, H., *Stammtafeln der Schlesischen Fürsten*, Breslau 1889.
- HUBER, A., *Die Regesten des Kaiserreichs unter Kaiser Karl IV*, Innsbruck 1877.
- M(ALINOWSKI, F. Ks.), *Szembekowie* in ORGELBRAND XXIV, 106.
- LITTA, P., *Celebri Famiglie d'Italia* I-X, Milano 1819-1883.
- MICHAUD, J.F., *Bibliographie Universelle* I-XLV, Paris (1854)-(1856).
- MORONI, G., *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica* I-CIII, Venezia 1840-1861. *Indice* I-VI, Venezia 1878-1879.
- NEKANDA-TREPKA, W. (1584-1640), *Liber Generationis Plebeiorum* (vulgo « *Liber Chamorum* »), ed. novissima, Warszawa 1956.
- NIESIECKI, K. S.J. (1684-1744), *Herbarz Polski*, I-X, Lipsk 1839-1846.
- PIEKOSIŃSKI, F., *Kodeks dyplomatyczny Katedry Krakowskiej św. Wacława* I-II, Kraków 1874-1883.
- PASZKIEWICZ, H., *Polityka ruska Kazimierza Wielkiego*, Warszawa 1925.
- ROSSLER u. FRANZ, *Biographisches Wörterbuch z. Deutsch. Geschichte*, München 1952.
- RZYSZCZEWSKI i MUCZKOWSKI, *Codex Diplomaticus Poloniae*, Warszawa 1848.
- SULIMIRSKI, F. i WALEWSKI, W., *Słownik Geograficzny Królestwa Polskiego i in. krajów słowiańskich* I-XV, Warszawa 1880-1892.

In Castris apud imperialem montem super Florentiam. 25.I.1313.

*Henricus (VII) imperator
universis;*

attestat se Henricum de Schoenbegk ensis verbere equitem creasse.

*Orig. Membr. 43×34 cm. (6 cm. in plica). Sigil. maiest. in filo serico rubro,
ex parte destructum, 10 cm. diam., ... ROMANORUM IMPERATOR:
SEMPER: ...*

*Mentio de hoc documento fit a M(ALINOWSKI F. Ks.); NIESIECKI VIII,
608.*

Henricus ¹⁾ Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Lucemburgensis Comes. Universis Sacri Romani Imperii fidelibus ac alys presentes lit-

teras inspecturis quos oportunum nosse fuerit in perpetuum gratiam nostram et benevolam voluntatem. Regum Regi cuius ineffabili clementia inspecta digni-

tatis Imperialis constituti Romani Imperii molimina gubernamus, prestare obsequium arbitramur cum omnibus Christianis, ac cunctis nostri Imperii subditis pa-

cem et commodum preparamus et eorum meritis nostram munificentiam et liberalitatem impertimur ac exhibemus. Sane igitur licet Nobilis Henricus de Schoen- ^{a)} ²⁾

begk fidelis noster dilectus ex predecessoribus suis attavis, proavis, et avis cum sua posteritate titulo et armis ac militaribus ornamentis ex longo fuerit insignitus,

ac de munificentia Illustrum Antecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum annos ante quingentos dotatus ^{b)} de nostro tandem specialis dilectionis ardore, quo ipsum complec-

timur, habito respectu virtutum ac meritorum prefati Henrici Schoenbegk, ac favorabiliter ad ipsius actus pios ac strenuos inclinati, quibus culmini nostro assi-

duo pervigil, non parcens periculo persone ^{c)} ac substantie sue, placere meruit, et pro nostro ac Imperii nostri statu cum in alys multis locis, tum potissimum ad Ur-

bem Romam, cum Emulus et adversarius noster Ruprechtus rex Apu-

lie ^{d)} ³⁾ hereret et fortunam sibi contrariam volens impedire coronationem ⁴⁾ nostram, experiretur,

strenue et laudabiliter desudavit; ad ipsius elevationem emeritam inclinatione quadam ducimur naturali, ut in illo liberalitatis et gratie nostre Cesaree vestigia

relinqueremus, et testimonium meritorum prius nobis sinceriter prestitorum perhiberemus. Quodcirca de speciali Maiestatis nostre munificentia ipsum per ma-

nus nostras una cum multis nostris alys ^{e)} nobilibus fidelibus nostris dilectis tempore coronationis nostre in Romanum Imperatorem super glorioso solio nostro Cesareo Ensibus publi-

co verbere insignitum, et in equitem creatum et nominatum legitime et huiusmodi ornamento meritis ipsius competenti insignitum, omnibus et singulis cuiuscunque

gradus et conditionis hominibus tam aliorum quorumvis Imperii nostri subditis denunciatum et publicatum presentis scripti patrocinio ut merito amplioribus nostre gratie favo-

ribus ipsum sentiant exaltatum declaramus, annunciamus, et confirmamus. Decernentes eundem sepe nominatum Henricum Schoenbergk uti verum et legitimum

Equitem, omni dignitate et iure optimo frui debere et valere quo ceteri hoc equestri dignitatis splendore insigniti gaudere consueverunt. Nullique homi-

num liceat paginam ^{f)} nostre gratie et munificentie infringere, vel ei aliquo ausu temerario contraire; quod qui facere presumerit gravem nostre Maiestatis offensam

se noverit incursum. Testes huius rei sunt Venerabiles: Henricus ⁵⁾ Coloniensis, Balduinus ⁶⁾ Trevirensis ecclesiarum archiepiscopi; Illustres: Rudolfus Sa-

xonia ⁷⁾, Valdemarus Brandenburgensis ⁸⁾, Leopoldus Austriae ⁹⁾ Duces; spectabiles quoque Bartoldus de Hennenburgk ¹⁰⁾ Udalricus Lucemburgensis, ¹¹⁾

Ditenov de Castello ¹²⁾ comites; et alii ^{z)} quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presentes scribi et nostre Maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in Castris apud Imperialem montem supra Florentiam ¹³⁾ per ma-

nus venerabilis Henrici Tridentini episcopi ¹⁴⁾ aule nostre cancellary pre-
dilecti

ac principis. VIII Kalendis February Indictionis XI Anno domini Mille-
simo trecentesimo terdecimo Regni nostri anno quinto Impery vero
Primo.

In dorso alia manu:

Henrici Imperatoris Anno 1313.

Ibidem alia manu: Henrici Imperatoris

Ibidem, manu recentiore: Inscripta in acta cancellariae regiae regnante
serenissimo Sigismundo III die XVI decembris Anno 1616.
Albertus Golinski.

Ibidem, manu adhuc recentiore:

Henryk VII ²⁾ Cesarz Rzymski doznawszy pomocy Henryka Szembeka ²⁾ ²⁾
w pokonaniu swych przeciwników ubiegających się z nim o koronę
cesarską pasuje tegoż Szembeka na rycerza r. 1313.

a) verba: Nobilis Henricus de Schoen manu recentiori linea subducta signantur.

b) verba: ante quingentos dotatus, manu recentiori linea subducta signantur.

c) post verbum persone sequitur signum quod que legi potest.

d) verba: rex Apulie manu recentiore linea subducta signantur.

e) sic in ms.; super lineam, manu recentiore, additum: ii.

f) in ms. paga cum signo contractionis, manu recentiori correcto.

z) sic in ms.

1) Henricus VII imperator, comes Luxemburgensis, rex Romanorum 1309, imperator coronatus
1312, obiit in Buonconvento prope Sienam 24.VIII.1313.

2) Henricus de Schoenbegk (in nota dorsali Szembek dictus) in exercitu imperiali in bello
apud Cressicum (Crécy-en-Ponthieu) a. 1346 occisus. NIESIECKI, VIII, 609.

3) Ruprechtus rex Apuliae, alias Robertus Andegavensis « Sapiens » dictus, rex Neapolis, n. 1278,
Henrici VII in bello italico hostis, ob. 1343.

4) Coronatio Henrici VII locum habuit, iussu Clementis V papae, in basilica Lateranensi Ro-
mae 29.VI.1312.

5) Henricus de Virneburg Coloniensis archiepiscopus 1306, ob. 1332. (EUBEL, Hier. Cath. I, 198).

6) Baldwinus de Lützelburg Treviriensis archiepiscopus (EUBEL, Hier. Cath. I, 445).

7) Rudolphus I Sazoniae dux 25.VIII.1298, ob. 1356.

8) Valdemarus margravius Brandenburgensis (dictus Magnus) 1308, ob. 14.VIII.1319.

9) Leopoldus de Habsburg, landgravius Alsatie 1307, dux Austriae 1.V.1308, ob. 28.II.1362.

10) Bartoldus de Hennenburgk (sic!) comes; Berthold VII, von Henneberg, « gefürsteter Graf »
1310, ob. 1340. ROSSLER u. FRANZ 339-340.

11) Udalricus Luxemburgensis comes. Inter duces et comites de Luxemburg communiter non
nominatus. Vixit usque ad a. 1370. Uldericus (Ulrich) de Hanau, comes, qui cum Ioanne
de Luxemburg in Bohemiam a. 1310 venit, cuius feuda prope Ducatum de Luxemburg erant.
Alg. Deutsche Biogr., XXXIX, 222. CHEVALIER, 4591.

12) Ditenow a Castello comes - aliunde ignotus.

13) Florentia, castra apud imperialem montem; Henricus VII imperator, obsidio Florentiae
levato 30.X.1312, castra ad S. Cassianum circa 10 km. ab eadem urbe distantem usque
ad mensem Februarium 1313 tenebat.

14) Henricus de Metis eps. Tridentinus a. 1310, ob. 1336 (EUBEL, I, 498).

*Carolus IV imperator
Friderico de Schoenbegk
stipendium annuum assignat.*

Orig. Membr. 55,5×32,5 cm. (7 in plica). Sigil. maiest. 10 cm. diam. in filo serico. (Rex in solio inter duas aquilas portantes stemmata: leonem Luxemburgensem et aquilam imperialem, cum inscriptione: CAROLUS DIVINA... FAVENTE... ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS ET BOEMIE REX. Contrasingillum: in cera rubra 4,5 cm. diam., aquila cum inscriptione: ✠ IUSTE IUDICATE FILII HOMINUM). Mentionem huius documenti v. NIESIECKI, VIII, 609.

In nomine sanctae et individue trinitatis feliciter amen. Karolus ¹⁾ quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemie Rex. Ad perpe-

tuam rei memoriam. Ad superni Regis exemplum, cuius inestimabilis gratie dono universis per orbem terrarum regnantibus alcius nos esse sublimatos agnoscimus, personas nobiles et militie

deditas ex innata nobis mansuetudine et munificentia gratiosis favoribus libenter prosequimur ^{a)} et de eorum honore statuque honesto iugi solitudine inter alias incumbentes nobis sarcinas, attentius vigi-

lamus. Sane a nostre non excidit maiestatis memoria sicut etiam multis nostris Principibus existit et fidelibus subditis manifestum qualiter temporibus ^{b)} retroactis clare et sancte memorie Invictissimus Princeps

Henricus ²⁾ Imperator Avus noster gloriosus ac Illustris, quondam Johannes ³⁾ Boemie rex, genitor noster dilectus in variis bellorum expeditionibus opera Nobilis Henrici de Schoenbegk ⁴⁾ in ducenda turma

galeatorum usi fuerant, et eidem multa militie decora contulerant; constat etiam nobis quomodo supra nominatus Henricus Schoenbegk una cum dilecto Genitore nostro in bello Gallico ⁵⁾ paucos ante annos

pugnando gloriose ad Cressiacum ⁶⁾ occubuerit ac servitorum suorum Stirpi nostre prestitorum laudabilem finem imposuerit. Nos, cum ob strenua servitia extincti Henrici, tum etiam ad excitandum mili-

tes nostros quoscumque, et ad demonstrandam gratitudinem prestitorum servitorum uniuscuiusque, curiensi nostro Nobili Friderico ⁷⁾ Schoenbegk ^{c)} demortui filio ob fidelia quoque opera ipsius quibus nobis maiorum

suorum vestigijs insistens a iuvenilibus suis annis potissimum vero in pugna Lombardica ad oppidum Sancti Felicis ac postmodum contra Bolkonem Principem Zaganensem et Minsterbergensem ⁸⁾ complacuit,

ac animum sincerum sue fidelitatis nobis semper exhibuit ex liberalitate nostra et munificentia Cesarea stipendium patris ipsius, trecentos videlicet nummos aureos soliti ponderis pro solario ²⁾ an-

nuo ex perceptis erarij nostri durante vita ipsius dandos et solvendos statuimus et assignamus; ac ad maiora ipsi gratiam nostram Cesaream ac filiis, Sebaldo ⁹⁾ videlicet et Henrico ¹⁰⁾ ipsius prima

quaque occasione promptam oneramus. Presentibus vero obligamus

successores nostros inclite domus nostre ut si aliquando durante vita nostra supradicto Friderico Schoenbegk ^{c)} non exsolve-

retur ex tunc immediate, et demum, etiam post obitum nostrum quem altissimus diu avertat ^{b)} omnibus impedimentis procul motis annuatim semper a prefectis et magistris contributionum nos-

trarum iam existentibus et in posterum futuris solvatur. Nulli quoque omnino hominum liceat hanc paginam nostre maiestatis infringere vel ei quovis ausu contraire temerarie; si quis autem contra-

rium attemptare presumpserit gravissimam indignationem nostram eo ipso se noverit incursum. Testes huius rei sunt Venerabiles Fridericus ¹¹⁾ Ratisbonensis, Johannes ¹²⁾ Luthomislensis Sacre Imperialis

aule Cancellarius, et Theodoricus ¹³⁾ Mindensis ecclesiarum episcopi. Illustres: Rupertus ¹⁴⁾ Senior Comes Leghniczensis item Sacri Imperij archidapifer, Bolko ¹⁵⁾ Falkenbergensis, Petrus ¹⁶⁾ Borbonensis, duces;

Spectabiles: Burchardus ¹⁷⁾ Burgravius Magdeburgensis Imperialis Curie magister, Albertus ¹⁸⁾ de Anhalt, et Henricus ¹⁹⁾ de Swarczburg comites; Necnon nobiles Jodocus ²⁰⁾, Ulricus ²¹⁾ et Johannes fra-

tres de Rosenberg, et Herborthus ²²⁾ de Janowicz, et alii quam plures nobiles fide digni. Presentium sub Imperialis Maiestatis nostre sigillo testimonio litterarum. Datum Prage Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo quinto, VIII Indictionis quinto Kalendis Septembris, Regnorum nostrorum anno decimo

Imperij vero primo.

In dorso manu recentiore:

Karol IV cesarz - król czeski nagradzając zasługi wojenne Fryderyka Szembeka przeznacza mu rocznej pensji 300 czeskich złotych r. 1355.

a) difficile legitur ob membranae laesionem.

b) item.

c) sic in ms., omisso verbo de.

z) sic in ms.

1) Carolus IV de Luxemburg n. Pragae 14.V.1316, imperator coronatus Romae 5.IV.1355, ob. Pragae 28 (29?). XI.1378.

2) Henricus VII (vide supra doc. 1, nota 1).

3) Johannes (« Caecus ») Luxemburgensis, Henrici VII imperatoris filius, n. 1296, rex Bohemiae 1310, cecidit 26.VIII.1346, ad Cressiacum (Crécy-en-Ponthieu).

4) Henricus de Schoenbegk (vide supra doc. 1, nota 2).

5) Gallicum bellum, dictum « centum annorum », inter Galliam et Angliam 1337 inceptum.

6) Cressiacum (Crécy-en-Ponthieu) locus pugnae 26.VIII.1346, in qua Philippus VI Valesius rex Galliae (1328-1350) ab Eduardo III rege Angliae (1327-1377) victus est et Johannes rex Bohemiae est occisus.

7) Fridericus Schoenbegk Henrici filius in curia Caroli IV (NIESIECKI, VIII, 609).

8) Bolko princeps Zaganensis et Minsterbergensis. Vivebant a. 1355 Bolko II de Münsterberg (dictus « Parvus ») ob. 1368, et Bolko III ob. 1410 (GROTFEND, III.). « Bolko Herzog von Münsterberg » (II vel III?) in curia Caroli IV, a. 1335, 1361, 1363, 1366, 1373 (HUBER, Reg. Karl IV, 28a, 3619, 3930, 4282, 7390. - (NIESIECKI, VIII, 609).

9) Sebaldus, filius Friderici de Schoenbegk, aliunde ignotus.

10) Henricus, filius Friderici de Schoenbegk, aliunde ignotus.

11) Fridericus Ratisbonensis episcopus (burgravi Nurembergensis filius?), prov. 1342, ob. 1365 (v. EUBEL, I, 413).

- 12) *Johannes de Novofovo* (Novodvor, Neumarkt) eps. *Luthomislensis* 1353, *Olomucen.* 1364, ob. 1380 (v. EUBEL, I, 318, 376).
- 13) *Theodericus Kagelwit*, O. Cist. eps. *Slevicensis* 1351, eps. *Mindensis* 1353, eps. *Magdeburgensis*, ob. 1367 (EUBEL, I, 344, 455).
- 14) *Rupertus Senior Comes Leghnicensis* (Lignica, Liegnitz), *Archidapifer Venceslai I* (m. 1364) filius, a. 1372 uxorem duxit, ob. 1409. (GROTFEND, IX, 5. HUBER, Reg. Karl IV p. 675, sub « Liegnitz » notat eius praesentiam in curia inter annos 1360 et 1372).
- 15) *Bolko Falkenbergensis dux*. *Boleslaus I*, *Boleslai ducis Opoliensis* (ob. 1313) filius, obiit 1362 (?1365); vel *Boleslaus II iunior*, praecedentis filius, iudex curiae imperialis, ob. 1367 (GROTFEND, VI, 1, 5; HUBER, p. 672 sub « Falkenberg », ubi viz Bolko I a Bolko II distingui potest).
- 16) *Petrus Borbonensis dux*. *Herzog Petrus de Bourbon*, *Ludovici comitis de Clermont filius*, a. 1342 natus, anno vero 1356 ad Poitiers occisus est. (*Dictionnaire de Biographie Française VI* (1954) p. 1414; idem MICHAUD. - Distinguendus a Petro Borbonensi duce, qui annis 1357, 8 et 9 in curia Caroli IV nominatur. HUBER p. 673 sub Bourbon).
- 17) *Burchardus*, burgravius *Magdeburgensis*, imperialis curiae magister, de Hardeck, comes de Retz, adest in curia 1352-1355-1378. (HUBER, p. 675, sub « Magdeburg »).
- 18) *Albertus de Anhalt* comes adest in curia 1347-1355-1357 (HUBER, p. 672, sub « Anhalt »).
- 19) *Henricus de Swarczburg*, comes, adest in curia 1355-1366 (HUBER, p. 678 sub « Schwarzburg »).
- 20) *Jodocus de Rosemberg*, etiam Jost dictus, adest in curia 1348-1355-1365 (HUBER, p. 677 sub « Rosenberg »).
- 21) *Ulricus de Rosemberg*. HUBER, p. 677 sub « Rosenberg » notat pluries *Ulricum de Rosemberg*, testem documentorum Caroli IV - sed nescit actum, ab eo subscriptum ante diem 19.I.1356. Ex praesenti actu apparet *Ulricum* iam praecedenti anno in curia fuisse.
- 22) *Herbertus de Janowicz Petri frater*, adfuit in curia a. 1355 (HUBER, p. 674, sub « Janowitz »).

N. 3

*Lanciciae 26.III. 1365. **)

Casimirus, rex Poloniae,

Pasconi, praeposito ecclesiae Sancti Michaelis, Plocensis dioecesis,
villas iure Magdeburgensi locandas permittit.

Orig. Membr. 30×28,5 (4,5 cm. in plica). Sigil. maiestaticum corrupt.,
ca 13 cm. diam., filo serico viridi pendens.

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas ratum atque stabile debet perpetuo permanere Noverint itaque quibus

expedit universi tam presentes quam futuri: Quod nos Kazimirus ¹⁾ Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie,

Plocensis, Cuyavie, Pomoranie, Russieque dominus et heres. Peticionibus onorabilis viri domini Pasconis ²⁾ prepositi ecclesiae Sancti Michaelis in Plocsko

fidelis nostri et dilecti gratiosius annuentes, ^{a)} villas dicte ecclesie ad preposituram eiusdem Domini Pasconis pertinentes videlicet: Drvali ³⁾ - Cruscevo ^{3bis)}

Szuchodol, ⁴⁾ Grodna ⁵⁾ et Szewcze ^{b)} ⁶⁾ in districtu Plocensi ⁷⁾ situatas prout sunt dicte ville in suis aratis et lucis longe lateque antiquitus limitate de

iure polonico in ius theutonicum scilicet Maydeburgensis ⁸⁾ consuetudinis perpetuis temporibus duraturum remouentes ibidem omnia iura modos et consue-

tudines Polonicales universas que ipsum ius Theutonicum impedire seu perturbare consueverunt. Absolvimus insuper eximimus et tenore presentium perpetuo

liberamus sculthetos, Kmetones et quoslibet incolas predictarum villarum ab omnibus iurisdictionibus iudiciis et processibus omnium palatinorum castellanorum iudicum et subiudicum universorum regni nostri ac officialium eorum, ita quod coram eis vel coram aliquo pro causis tam magnis quam parvis

puta furti, sanguinis, homicidii, incendi, membrorum mutilacionibus, vel aliis quibuscumque citati minime respondebunt. Sed cuncti ^{f)} Kmetones

earumdem villarum coram suis sculthetis qui pro tempore fiunt suo iure respondent, scultheti vero coram suo preposito de se querulantibus

respondere sint adstricti. In causis autem criminalibus et capitalibus superius annotatis, scultetis sepedictarum villarum iudicandi sentenciandi puniendi

et condemnandi plenam et omnimodam concedimus facultatem, prout ipsum ius Theutonicum Maydeburgense in omnibus suis articulis postulat et requirit. Ecclesiam in eundem Dominum Pasconem prepositum et eius successores ob devotionemque ²⁾ quam ad dictam ecclesiam Sancti Michaelis gerimus

graciam regiam ostendere cupientes admittimus ut memorate ville eodem iure in omnibus punctis et articulis perpetuis temporibus gaudeant

et fruantur, quo iure ville domini episcopi plocensis gaudent, consistere ^{c)}, expirata tamen libertate infrascripta. Ut autem easdem villas pluries

descriptas idem prepositus eo melius valeat collocare omnibus et singulis Kmetonibus in eisdem videlicet locandis in mercis, duodecim locationi-

bus et locandis in agris cultis sex annorum ab omnibus nostris solutionibus, exactionibus, collectis, contributionibus, laboribus, vecturis,

et deportationibus, vinculis omnimodam concedimus libertatem. Harum quibus nostrum sigillum presentibus est appensum testimonio litterarum. ^{d)}

Actum et datum Lanciciae ⁹⁾ in crastino Anunciacionis Beatae Marie Virginis gloriose. Anno domini Millesimo CCC.mo LX.quinto.

Presentibus

Iohanne ¹⁰⁾ Palatino, Philippo Subcamerario ¹¹⁾, Wszeboro ¹²⁾ pincerna Lanciensibus, Bartholomeo ¹³⁾ iudice, Raciboro ¹⁴⁾ venatore, Alberto ¹⁵⁾

thezaurario Plocensibus,

et alys multis fide dignis

expeditum per ^{e)} ...

nec non curie nostre magne.

In dorso, manu recentiore: Privilegium Casimiri Regis super villis prepositure Sancti Michaelis Translationis de Jure Polonico in Theutonicum R.S.D. Fo. I N. 2 ²⁾

Item alia manu: Ad Praeposituram Sancti Michaelis Villae Drwały Kruszewo Suchodol et Szewcze de iure Polonico in ius Theutonicum transferuntur per Serenissimum Casimirum Regem Poloniae anno 1365 - to et ab omni iurisdictione liberantur.

Item alia manu: Kazimierz W. Król Polski pozwala wsiom Drwały Kruszewo, Suchodol, Grodna i Szewcze używać prawa Teutońskiego roku 1365.

a) *verbum correctum, non legitur.*

b) *a verbo videlicet usque ad verbum Szewcze incl. linea subductum recentiore manu.*

c) *lectio ob lacerationem chartae incerta.*

d) *hic in margine manu recentiore: anno Domini 1365 - to.*

e) *aliqua verba ob lacerationem membranae non leguntur.*

f) *lectio propter contractionem incerta.*

t) *in ms. contractum.*

z) *sic in ms.*

*) *Locus et tempus concordant cum itinero Casimiri Magni, (25.III.1365 - Łęczyca, 2.IV.1385 - Żarnowice) (PASZKIEWICZ H. Polityka ruska Kazimierza Wielkiego, Warszawa 1925).*

1) *Casimirus (« Magnus »), rex Poloniae 10.III.1333, ob. 5.XI.1370.*

2) *Pasco, praepositus ecclesiae S. Michaelis Plocensis; aliunde ignotus. Ecclesia huius tituli in Plock, collegiata; a. 1611, collegio S.I. assignata est.*

3) *Drwały. Adest in districtu Plocensi villa Drwały (Słownik Geogr. Kr. Pol.).*

3-bis) *Kruszewo. - Adest villa Kruszewo circa 10 km. a Plock distans (Słownik Geogr. Kr. Pol.).*

4) *Suchodol. Adest huius nominis villa in districtu Sochaczewo, quam a. 1219 comes Nicolaus ecclesiae B.M.V. in Plock donavit (Słownik Geogr. Kr. Pol.).*

5) *Grodna. Adsunt aliqua loca huius vel similis nominis in Polonia.*

6) *Szewcze. Adest pagus in districtu Plocensi, circa 30 km. a Plock distans (Słownik Geogr. Kr. Pol.).*

7) *Plock, Plocensis districtus, civitas in Polonia, sedes episcopatus (ab XI s.), palatinatus et castellaniae (a XIII s.).*

8) *Magdeburgensis consuetudo seu ius; collectio legum Magdeburgi composita, quae in multis municipiis Poloniae recepta erat (Cracoviae ex privilegio Boleslai Pudici a. 1257).*

9) *Lancicia, Łęczyca, civitas in Polonia, saltem ab a. 1108 notata, sedes ducatus et cum eo coronae Regni incorporata a Vladislao I (1319).*

10) *Ioannes Palatinus Lanciciensis, Sulima, de Oporów, palatinatum tenebat a. 1357, eumque dimisit ante a. 1379 (NIESIECKI I, 157, VIII, 122).*

11) *Philippus subcamerarius Lanciciensis; non indicatus per nomen nec per insigne gentilicium, Subscripsit, ut testis, Cracoviae 23.V.1363, documentum N. CCCVIII, RZYSZCZEWSKI i MUCZKOWSKI, T. II, P. I.*

12) *Wszeborus (Wszebor?) pincerna Lanciciensis, non indicatus per nomen nec per insigne gentis; subscripsit, ut testis, Cracoviae 23.V.1363 documentum N. CCCVIII, RZYSZCZEWSKI i MUCZKOWSKI, T. II, P. I.*

13) *Bartholomaeus iudex Plocensis, sine indicatione nominis et insigni. Apud DLUGOSZ citantur sub a. 1376 et 1373 Bartossus de Sokolowo et alius Bartossius de Wiszenberg capitaneus Cuiaviae; et sub a. 1378 et 1381 Bartossius Peregrini di Chotel et Odolanów. Nullius tamen eorum cum terra Plocensi apparet nexus.*

14) *Racibor venator Plocensis, non indicatus per nomen, nec per insigne gentis, aliunde ignotus apparet.*

15) *Albertus Thesaurarius Plocensis. Ob defectum nominis et insignis gentilicii aliunde ignotus apparet.*

*Demetrius cardinalis legatus
universis,
ecclesiam parochialem Sanctae Mariae Cracoviae visitantibus, indulgentias
tribuit.*

*Orig. Membr. 44×26,3 cm. (8 cm. in plica) sine sigillo, manent in parte fila
serica viridis coloris.*

*Edidit PIEKOSIŃSKI II p. 95 (CCCXIX) ex eodem originali, quod tunc
servabatur in Archivo Ecclesiae B. Mariae V. Cracoviae.*

Demetrius ¹⁾ miseratione divina et tituli sanctorum Quatuor Coronatorum sacrosancte Romane ecclesie presbyter Cardinalis ac sancte Strigoniensis ecclesie gubernator perpetuus, apostoliceque sedis in Regnis Hungarie et Polonie legatus, universis Xristi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Licet Jesus de cuius munere venit ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter

serviatur de sue habundancia pietatis que merita supplicum excedit, et vota bene servientibus merito maiora tribuat quam valeant promereri; nihilominus tamen cupientes Domino populum ^{a)} reddere

acceptabilem ipsos Xristi fideles ad complacendum ei quasi quibusdam legitimis premijs indulgencys videlicet et remissionibus invitamus ut exinde divine gratie reddantur aptiores. Ut igitur ecclesia

^{b)} parochialis beate Virginis in Civitate Cracoviensi ^{b)} fundata congruis honoribus frequentetur, ^{b)} supplicationibus nichilominus Civium ^{b)} de eadem Cracovia nobis per ipsos in hac parte porrectis benigniter

inclinati, omnibus Xristi fidelibus vere penitentibus et confessis, ^{b)} qui ecclesiam supradictam in festivitatibus Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis et Asscensionis Domini, Pen-

thecostes, Sancte Trinitatis, Corporis Xristi, ac Anuntiationis, Nativitatis, Conceptionis, Assumptionis, et Purificationis Beatae Marie Virginis, Invencionis et Exaltacionis Sancte Crucis ^{b)}, Beatorum

Petri et Pauli ac omnium apostolorum et Evangelistarum, Johannis Baptiste, sancti Mychaelis Archangeli, Sanctorum quatuor doctorum, item sanctarum Katherine, Margarethe, Lucie, Agnetis, Clare, Agathe et Doro-

thee virginum, ac omnium Sanctorum et in octavis earundem festivitatum, nec non, in die dedicationis ecclesie predictae venerabiliter visitaverint et devote, vel manus de bonis a Deo sibi collatis ad

ipsius etiam structuram porrexerint adiutrices, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Apostolica auctoritate qua ex nostre legacionis fungimur officio,

unum annum et centum dies de iniunctis eis penitentys misericorditer, tenore presentium in Domino relaxamus. In cuius rei memoriam presentes litteras nostras scribi easque maioris

et autentici sigilli appensione solita fecimus roborari.

Datum Cracovie predicta XXVI die mensis Augusti anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo tertio.

In plica sigla: Dm

In dorso, manu recentiore: ^{c)} Pro variis festis. Indulgentie pro Ecclesia Beate virginis Marie in Circulo. Unius anni et C diebus indulgentiam beatae Virginis secundum infrascripta in singulis festivitibus ^{t)} qui vel visitant vel manus porrigunt adiutrices Anno 1383.

Item alia manu: Anno Domini 1383.

Item: sigla Cem.. ^{s)}

Item: K.M.P. 319

a) in ms. litterae pplm cum signo contractionis.

b-b) manu recentiore linea subductum.

c) in Cod. Dipl. inscriptiones dorsuales omnes omissae sunt.

s) ob nimiam contractionem lectio incerta.

t) in ms. contractum; in Cod. Dipl. « is ».

1) *Demetrius archiep. Strigoniensis 1376 (?)*, cardinalis *Quattuor Coronatorum 1378, ob. 1386*. EUBEL, I, 465. Cfr. etiam WERTNER - MÖR, *Adalékok Demeter Biboros Ersek Életrajazhoz* (in Századok, Budapest 1904, P. 800-802).

N. 5

Cracoviae 5.X.1530.

*Sigismundus (I), rex Poloniae,
universis;*

transmit documentum datum in oppido Zator die 24.6.1530, quo Nicolaus a Szydłowiec et Ioannes Strzałka venditionem census a Petro Palczowski factam Gregorio, Altaristae ecclesiae Sanctae Annae Cracoviae, ratificant.

Orig., pergamena 69,5×50,5 cm. (13 cm. in plica). Sigil. et filo caret.

Sigismundus ¹⁾, Dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, et cetera, dominus et heres. Manifestum facimus tenore presentium quibus expedit universis: Quomodo coram nobis et senatoribus Regni nostri exhibite sunt litere ²⁾ Magnifici et Generosi Nicolai ²⁾ de Schidlowijetz Castellani Sandomiriensis ³⁾ et Regni nostri thesaurarii, Osswanczimienensis ⁴⁾, Zathoriensis ⁵⁾, Radomiensis ⁶⁾, Crzepicensis ⁷⁾, Grodecensis ⁸⁾ et Olschtiniensis ⁹⁾ et cetera

capitanei, ac Ioannis ¹⁰⁾ Sthrzala de Belschnyczza, Iudicis Ducatus Zathoriensis, pro parte Nobilis Petri ¹¹⁾ Paulczewski in Palczowycze et Smolicze heredis. Vendicionem census sedecim narcarum pecunie monete et numeri polonicalis

in quamlibet marcam quadra-

ginta octo grossos computando pro sexingentis florenis similis monete in omnibus et singulis proventibus et obventionibus villarum suarum he-

reditariarum Smolicze et Palczowijcze cum condicione reemendi in se continent nobis humiliter supplicantis, ut easdem litteras

auctoritate nostra Regia approbare, ratificare et confirmare dignemur. Quarum quidem litterarum tenor in continencia erat talis:

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnium rerum gesta, actus et ordinaciones ex hominum memoria evanescent, nulumque post se vestigium memorie relinquerent, nisi humane nature sagax condicio apicibus litterarum, quibus universa fixa stabilitate firmantur et roborantur, providisset ac perspexisset. Proinde nos, Nicolaus de Schidlowijetz, Castellanus Sandomiriensis, Regni Polonie summus thesaurarius, necnon ducatum et terrarum Osswanczimiensis, Zathoriensis, Radomiensis, Crzepicensis, Grodecensis Olsschtinensisque et cetera capitaneus; Joannes Sthrzalka de Belznicza, Iudex ducatus Zathoriensis; Significamus tenore presentium

universis et singulis presentibus quam futuris presentes litteras visuris, audituris, et lecturis, quibus expedit: Quod ad nostram presentiam veniens ^{p)} Nobilis Petrus Palczowski, heres verus ac dominus et legitimus villarum Palczowicz ^{a)} et Smolicze, nemini obligatarum ^{r)} sed penitus liberarum, in districtu Zathoriensi sitarum possessor, non compulsus, nec coactus, nec vi, dolo aut aliquo errore seductus, verum matura intra se, ut dicebat, deliberatione prehabita, amicorumque suorum, ut asseruit, fretus consilio, sponte ac libere per expressum

coram nobis recognovit ^{p)} se sedecim marcas in moneta polonicali communis numeri et monete receptibilis, quamlibet in marcam quadraginta octo grossos computando, in et super bonis suis in villis Palczowicz et Smolicze prefatis, molendinis, stagnis, lacubus, agris ^{r)},

pascuis, ^{b)} silvis, nemoribus, generaliterque in omnibus aliis proventibus seu censibus cmethonum et colonorum ac ortulanorum, ad dictas villas quoquomodo et iure spectantibus et pertinentibus, pro annuo censu ^{p)} ad pia opera in Ecclesia Sancte Anne Cracovie ^{r)}

seu alias convertendo ^{p)}, alias pro altari fundando et erigendo, Venerabili ac egregio viro domino Gregorio ¹²⁾ de Schamotuli, Arcium ^{r)} et Decretorum Doctori ^{p)}, collegiato et penitenciaro Castri Cracoviensis, pro sexingentis florenis in mediantibus communiter ^{r)} in Regno currentibus

monete et numeri prefatorum, sub spe, pretextu et contractu reempcionis, alias Nawyderkoff, in et super prefatis villis et earum omnibus proventibus, nichil pro se et suis successoribus penitus excipiendo et relinquendo, singulis annis ^{p)} pro festo Natalis Christi octo ^{r)}

^{p)} marcas et pro festo Natalis divi Joannis Baptiste alias octo marcas ^{r)} solvendas, vendidisse deputasse et expresse resignasse, ac vendidit et resignavit, per presentesque vendit et resignat per ipsum Venerabilem dominum Gregorium, Doctorem emptorem prefati census

suosque successores Altaristas, tollendum, numerandum, levandum et percipiendum ac in suos usus beneplacitos convertendum ^{p)}. Quemquidem annum censum sedecim marcarum de villis Palczowicz et Smolycze predictis ^{r)} et earum omnibus proven-

tibus solvendum, prefatus nobilis Petrus Palczowski se et suos in dictis villis successores ad Cracoviam suis impensis et sumptibus, pro ratis et terminis dictorum festorum Natalis Cristi ^{z)} et beati Joannis Baptiste, portaturum et laturum in manusque prefati domini Doctoris

emptoris et suorum successorum numeraturum et oblaturum ^{p)}, sub angariis seu gravedinibus et pignorationibus ex officio Capitaneatus nostri

Zathoriensis et successorum nostrorum in se et in suis quoquomodo negligenter ferendis et extendendis ¹⁾, ac sub censuris ecclesiae

premissa monitione et cetera per edictum sex duntaxat dierum se submitit et obligavit, presentibusque submittit et obligat, renunciando quibuscumque cautelis et remediis iuris inventionibusque excogitatis seu excogitandis solutionem prefati census quomodolibet impedire valentibus.

Litterasque eciam consensus sacre Regie Maiestatis idem Petrus Palczowski super huiusmodi censu approbando et ratificando, propriis sumptibus se expediturum sub pena excommunicationis ac restitutionis prefatorum sexingentorum florenorum

sumpsit et obligavit, ac presentibus summit ²⁾ et obligat. Quos quidem sexingentos florenos sic, ut premittitur, perceptos et levatos prefatus Nobilis Petrus Palczewski ad suam et suorum evidentem necessitatem et utilitatem convertisse expresse recognovit et

ad futurorum notitiam deduxit atque ³⁾ presentibus deducit et attestatur. Licebit tamen prefato Petro Palczewski et suis legitimis successoribus prefatum censum sedecim marcarum redimere seu eximere ⁴⁾ pro prefatis sexingentis florenis, quandocumque voluerit seu vo-

luerint: dummodo ante illius exemptionem sex mensibus prefatum dominum Doctorem Gregorium aut suos successores altaristas ante de reponenda prefata summa pecuniarum nuncio ⁵⁾ vel litteris legitime ⁶⁾ premonuerit seu avisaverit ut pro eadem summa Sexin-

gentorum florenorum similis census vel alius de ipsis ⁷⁾ posset comparari tempestive; ⁸⁾ casu vero, quod absit, quo prefate Palczowicze et Smolicze ville cum suis proventibus per hostium insaltus ⁹⁾ aut ignis conflagrationem notabiliter destructe et dampnificate ¹⁰⁾

fuerint, extunc ipse dominus Doctor, emptor et successor Altarista, tenebitur cum Nobili prefato Petro Palczewski venditore seu illius successoribus huiusmodi damna iuxta census quantitatem et ratam ad arbitrium bonorum virorum sustinere ac iuxta naturam contractus sub spe reemptionis celebrari soliti tollere; Ab aliis vero dationibus, contributionibus seu oneribus, laudatis vel quoquomodo laudandis, ac bellica expeditione generali vel particulari prefatas villas concernentibus, sepefa-

tus dominus emptor et sui successores liberantur, quos ipse nobilis Petrus Palczewski et sui successores evincere et intercedere tenebitur et tenebuntur, et se presentibus obligat et obligavit. Insuper omnia et singula pretacta circa receptionem pecuniarum

ad librum actorum reverendissimi domini episcopi Cracoviensis aut sui in spiritualibus vicarii ¹¹⁾, et similiter ad librum castri seu iudicis districtus Zathoriensis inducere, acticare, et inscribere iuxta ius et sanctiones canonicas tenebitur et se obligat.

Post quorum quidem

omnium prefatorum recognitionem prefati domini venerabilis et nobilis, Doctor Gregorius emptor et Petrus Palczewski venditor nobis supplicarunt, quatinus ¹²⁾ huiusmodi census emptionem, deputationem et resignationem sic, ut premittitur, factam

admitteremus, ratam haberemus, ac confirmaremus. Nos itaque capitaneus et iudex prefati, eorum petitionibus utpote iustis ac honestis acclinati et annuentes, omnia et singula predicta duximus admittenda et approbanda presentibusque privilegii

litteris ac earum tenore in omnibus clausulis et punctis ratificamus,

approbamus et confirmamus, roburque nostre auctoritatis et iurisdictionis apponimus et addimus usque ad tempus reemptionis eiusdem census duraturum. In quorum omnium

et singulorum fidem et testimonium presentibus sigilla nostra sunt subappensa. ^{p)} Actum et datum in Zathor, feria sexta ipso die festi Nativitatis beati Ioannis Baptiste. Anno ab Incarnatione domini nostri Jesu Christi ^{z)} millesimo

quingentesimo tricesimo. Presentibus generosis atque ^{c)} nobilibus Laurencio ¹³⁾ Milanowski de Milanow et in Brody vice ^{c)} capitaneo Zathoriensi, Ioanne ¹⁴⁾ Seniore Fridrychowski de Fridrichowijcze, Joanne ¹⁵⁾ Mischkowski de Przecziczow, Petro ¹⁶⁾

Rokowski de Rokow, Georgio ¹⁷⁾ Bludowski de Radocza ^{c)}, Stanislaw ¹⁸⁾ Wyeprzowski de Wyeprz, Michael G ^{c)} ¹⁹⁾ de Gossy terrestri, qui praesentes litteras a nobis habet in commissis. Nos igitur Sigismundus Rex supplicationi-

bus iustis et rationabilibus prefati Petri Palczewski benigniter annuentes, litteras preinsertas in omnibus punctis, clausulis et articulis approbandum, ratificandum et confirmandum duximus, prout approbamus, ratificamus et confirmamus,

ac omnibus et singulis in eisdem litteris contentis consensum nostrum Regium impartimur perpetue et in evum tenore presentium mediantem. Quibus in fidem et testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum ^{p)}. Datum Cracovie ^{r)},

^{p)} feria quarta post festum divi Francisci proxima. Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo ^{r)} Regni vero nostri anno vigesimo quarto.

^{u)} Petrus ²⁰⁾ Episcopus et
vicecancellarius subscripsi ^{u)}

Manu recentiore: sigla J D ^{s)}

Manu recentiore: Privilegium Sigismundi Regis Poloniae de Anno 1530. Feria 4ta post Festum Divi Francisci Cracoviae pro summa 600 ^{d)} florenorum Petrum Palczowski Ecclesiae Collegiatae Sanctae ¹⁾ Annae in Bonis Palczowice et Smolicze inscripta.

In dorso alia manu: Fasciculus 3-tius Pro Palczewice Collegiatae Sanctae Annae Cracoviae

item, vix legitur Consensus Regis Petro Palczowski
..... 1530

item, vix legitur pro altari in Ecclesia Sanctae Annae 16 marcae...
super bonis Palczowice et Smolice

item, manu recentiore: 1732 de Sabbathi XIX mensis Iulii in Officio Administratorii Generalis Cracoviae productum et inscriptum

item: Intabuletur. De originali et cetera Leopoli die 12 Martii 1784 ^{u)} Joseph Kutzky ^{v)}. Presens Approbatio Libri Fundationum Tom 33 pagina 15 ingrossata et in Libro Prebendarum Tom 21 pagina 138 N. 25 praenotata est. Actum Leopoli die 14 Martii 1784 anno.

u) ... Holfeld C.R.T. ²⁾ vice Regens ^{v)}

item, manu adhuc recentiore. Im Jahre 1788 sub Articulo 789 in Eigentum ^{e)}. *Sequitur sigla scriptoris.*

a) *hic in margine, manu recentiore:* Petrus. Palczowski.

b) *hic in margine, manu recentiore:* Ecclesiae Collegiatae Sanctae Annae Cracoviae summam 600 florenorum, in bonis Palowicze et Smolicze hypotheucat.

c) *vix legitur ob membranae defectum.*

d) *hic in ms. sigla fr.*

e) *vix legitur.*

p) *abhinc subductum linea, manu recentiore.*

r) *hucusque subductum linea, manu recentiore.*

u-v) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

1) *Sigismundus I rex Poloniae, 20.X.1506, ob. 1.IV.1548.*

2) *Nicolaus de Schidlówietz - (de Szydłowiec, Szydłowiecki) de gente Odrowąż; castellanus Sandomiriensis et thesaurarius magnus Regni ab a. 1515, ob. 1532.*

3) *Sandomiria, Sandomierz, civitas Poloniae, a s. XI nota, sedes ducatus saltem ab a. 1139, cum quo coronae Poloniae incorporata a. 1319; sedes palatinatus saltem a 1417.*

4) *Ossowanczim, Oświęcim, civitas Poloniae in palatinatu Cracoviensi, ab a. 1150 nota, sedes ducatus ab a. 1306, cum quo a. 1453 coronae Poloniae cessit et a. 1654 eidem coronae plene incorporata, sedes castellaniae et capitaneatus facta est. (Germ. « Auschwitz »).*

5) *Zathor, Zator civitas Poloniae in palatinatu Cracoviensi, saltem a s. XII nota, sedes ducatus a. 1564 simul cum ducatu coronae Poloniae incorporata; deinde sedes capitaneatus minoris.*

6) *Radomia, Radom, civitas Poloniae, saltem a s. XI nota. A. 1360 a Casimiro Magno moenibus circumducta et castello regio munita, in quo saepius reges residebant. Sedes castellaniae minoris.*

7) *Crzepice, Krzepice, civitas Poloniae a. 1364 a Casimiro Magno fundata, in qua reges saepe residebant. Sedes capitaneatus minoris.*

8) *Grodec, Gródek (Jagielloński?) civitas Poloniae, sedes capitaneatus.*

9) *Olsztinia, Olsztyn prope Olkusz, civitas Poloniae in terra Wielunensi, nota saltem ab a. 1370, sedes capitaneatus ab a. 1396.*

10) *Ioannes Sthrzalka, Strzalka. (Jan Strzala a. 1482; Jan Strzala subcapitaneus Cracoviensis tempore Sigismundi I; cfr. NIESIECKI VIII, 544).*

11) *Petrus Paulczewski in Palczowicze et Smolicze, alias Palczewski, Palczowski, tempore Sigismundi I (NIESIECKI, VII, 239).*

12) *Gregorius de Szamotoły baccalarius (1512) et professor utriusque iuris in Universitate Cracoviensi, canonicus Cracoviensis, multorum operum Cracoviae impressorum inter 1534 et 1536 auctor.*

13) *Laurentius Milanowski de Milanow. Nobiles Milanowski (Jastrzębiec) et Milanowski (Suchekomnaty) v. NIESIECKI, VI, 41.*

14) *Ioannes Fridrichowycz. Frydrychowski de Frydrychowicz Ioannes, subcamerarius Zatoriensis, Constantiae Palczewska coniunx, s. XVI. (NIESIECKI, IV, 57).*

15) *Ioannes Mischkowski. Mieszkowski, Myszkowski nobiles Poloni diversorum stemmatum, v. NIESIECKI VI, 404-405, 499 ssq.*

16) *Petrus Rokowski. Nobiles huius nominis stemmatis Topór v. NIESIECKI, VIII, 133.*

17) *Georgius Błudowski, Błudowski - aliunde ignotus.*

18) *Stanislaus Wijepzowski, Wieprzowski. Nobiles huius nominis a. 1467 notantur a NIESIECKI, IX, 308.*

19) *Michael Gorski sub Sigismundo I (1506-1548) (NIESIECKI, IV, 212).*

20) *Petrus Tomicki a. 1514 eps. Premislien., 1520 Posnanien., 1522 Cracovien., vicecancellarius Regni Poloniae 1515, ob. 1525.*

Varsaviae 25.VII.1566. ¹⁾

*Sigismundus Augustus, rex Poloniae,
universis;*

de concesso Bartholomaeo Schönbegk indigenatu. ²⁾

*Orig. *) sine subscriptione cancellarii. Membrana cm. 33×27 (plica 6 cm.).*

Sigillum in cera rubra, circa 5 cm. diametri, in custodia de cera naturali, scutum quadripartitum Poloniae et Lithuaniae praesentans, in quo legitur: Sigismundus Augustus D.G. Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, pendens in filo serico multicolori.

Mentio huius documenti v. NIESIECKI VIII, 609.

Sigismundus Augustus, ^{a) 3)}

Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, et caetera et caetera, Dominus et heres.

Significamus praesentibus litteris nostris quibus expedit universis: Quod cum ex autenticis testimoniis Serenissimorum Romanorum Imperatorum evidentissime nobis constitisset ^{p)} de avita et gentilitia Nobilitate ^{r)} Nobilis et sincere nobis dile-

cti Bartholomei Schonbegk ⁴⁾ Marchiaci ²⁾ tum ex singulari commendatione Illustrum Alberti ⁵⁾ et Frederici ⁶⁾ Marchionum

Brandenburgensium ⁷⁾ et in Prussia ⁸⁾ Stetini ⁹⁾ et Pomeraniae ¹⁰⁾ Ducum, consanguineorum nostrorum charissimorum, tum ex fidelibus servitiis ipsius, ab ipso nobis prestitis, quibus a nobis indigenatum ac incorporationem inter alios Regni nostri Nobiles contem- ¹⁾

disset et cum submissa instantia affectasset, Nos lubentes tantam gratiam, cum in praemium ¹⁾ virtutis, quae ¹⁾ in illo sat luculenter refulget, tum ob respectum commendationis, ¹⁾ homini ^{p)} praesertim de Nobili sanguine creto, ^{r)} haud denegandam existimavimus. Idcirco

auctoritate nostra Regia, eundem supranominatum Nobilem Bartholomaeum Schönbegk, omnesque illius filios ac nepotes legitimos ²⁾ in perpetu-

um praesentibus hisce litteris nostris inter caeteros Regni nostri Nobiles, eorumque ordinem, ritum, cetum et statum ¹⁾ asserimus, aggregamus et incorporamus; volentes ut idem Bartholomaeus Schönbegk ^{b)} et cum suis successoribus iisdem libertatibus et praerogativis,

quibus caeteri Regi nostri Nobiles gaudent, utatur, gaudeat et perfruat. In cuius rei fidem et evidens testimonium praesentes litteras nostras manu nostra subscripsimus, et Sigillo nostro communiri iussimus. Datum Varsoviae ²⁾, die XXV Mensis Julii, Anno Domini M.D.

LXmo VIo ¹⁾, Regni vero nostri anno XXXmo VIImo.

^{u)} Sigismundus Augustus
Rex subscripsit ^{v)}

In dorso alia manu: Indigenatus D. S. c) Augusti 1566

item: NO 3.6

item, manu recentiori:

4. Zygmunt August Król Polski za wstawiennictwem książąt Brandeburskich nadaje Indygenat w Polsce Familii Szembeków 1566.

-
- a) *Litteris maximis.*
b) *in ms. Schönbegk (b).*
c) *vix legitur; forsitan Sigismundi.*
p) *abhinc linea, manu recentiore subductum.*
r) *hucusque linea, manu recentiore subductum.*
t) *in ms. contractum per omissionem litterarum.*
u)-v) *manu propria.*
z) *sic in ms.*
- *) *Ad authenticitatem huius documenti in dubio ponendam vix sufficiunt quaestiones, quae oriri possunt ex data loci et diei: (v. infra N. 1.); vel ob defectum subscriptionis cancellarii - Nullam meretur attentionem NEKANDA-TREPKA, qui multas scripsit fabulas et familiae Szembek notorie hostilis erat.*
- 1) *Data in fine documenti clarissime legitur. Certum est aliunde Sigismundum Augustum a. 1566 in comitiis Regni Lublini fuisse, et « recessum » eorundem comitiorum die 15 Augusti ibidem subscripsisse (VOLUMINA LEGUM II). Lublinum a Varsavia circa 170 km. distat.*
2) *Indigenatus a Sigismundo Augusto eodem anno concessus est D. Alemani. FINKIEL, N. 3012.*
3) *Sigismundus Augustus rex Poloniae, a. 1520 natus, 1530 Cracoviae vivente patre coronatus, a. 1548 regimen assumpsit, a. 1572 obiit.*
4) *Bartholomaeus Schonbegk in recentissima tabula genealogica gentis Szembek, DWORZACZEK W., Genealogia, Warszawa 1959, Tablice str. 158 non apparet; tabula a Stanisławo Szembek (a. 1599) incipit. Inter antiquiores NEKANDA-TREPKA, p. 543 eum sub nomine Szonbok a. 1569 virisse dicit. NIESIECKI, VIII, 609 citat Bartholomaeum Szembek Brandemburgensem, cuius filius Bartholomaeus in Polonia residebat.*
5) *Albertus e domo Hohenzollern, « Marchio Brandemburgensis » per extensionem dictus, a. 1490 magister Ordinis Teutonici, ab a. 1525 apostata, primus a rege Poloniae Ducatum Prussiae cum civitatibus Malborg (Marienburg) et Królewiec (Königsberg) in feudum obtinuit; ob. 1568.*
6) *Fridericus, Alberti (v. nota 5) filius, per extensionem improprie « Marchio Brandemburgensis » dictus, recte Albertus Fridericus de Hohenzollern n. 1553, ob. 1618.*
7) *Brandenburg, Brandemburgensis Marchionatus, in Germania Orientali, feudum Imperii, ab a. 1411 gentis Hohenzollern proprium (illi exinde omnes improprie titulum « marchionum Brandemburgensium » per extensionem portabant). Anno 1618 Ducatui Prussiae (quem uti feudum a rege Poloniae alius Hohenzollernorum ramus ab a. 1515 tenebat) unitus et pars fuit Prussiae, quae ab a. 1701 usque 1918 regnum erat.*
8) *Prussia (etiam Prussia « Ducalis » vel « Orientalis » dicta ad distinguendum a « Prussia Regali ») terra in litore Baltico, quam Borussi incolebant, s. XIII ab ordine Teutonico debellata fuit; post huius ordinis saecularisationem 1525 nomen « ducatus Prussiae » obtinuit, et eodem anno Alberto de Hohenzollern a rege Poloniae in feudum est concessa; ad lineam collateralem Hohenzollernorum, qui Marchionatum Brandemburgensem tenebant, transit anno 1618. Ab anno 1701 simul cum Marchionatu Brandemburgensi « Regnum Prussiae » constituebat usque ad a. 1918.*
90) *Votum* du P. Semenenko, v. AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 3ème. Sur Pierre Semenenko cf. SMOLIKOWSKI: *Historia Zgromadzenia Zmartwychwstania Pańskiego*, I-IV, Kraków 1932; KWIATKOWSKI: *Historia Zgromadzenia Zmartwychwstania Pańskiego na stuletnią rocznicę jego założenia*, Albano, 1942. Sur la question de la langue russe, v. SEMENENKO, *Dziennik* (Journal), en extraits. - Nous ne reproduisons pas ici le *Votum* du P. Semenenko, Consultant du Saint-Office - comme concernant seulement l'examen critique sous rapport théologique, des traductions des livres liturgiques: le *Trebnik* (rituel), le catéchisme du Père Stacewicz, le recueil obligatoire des sermons et le livre des prières pour fidèles, - le tout en langue russe, - examen bien négatif, à cause du manque de compétence des traducteurs, non compétents en théologie et non autorisés par l'Eglise.

91) Texte du *pro memoria* d'Antonelli, du 11 sept. 1873 - v. supra, note 89.

son Eglise. La lettre « *particulière* » se terminait par un non-recevoir du *pro memoria* du Cardinal Antonelli ⁹²). Le 26 sept. 1873, le Cardinal Antonelli répondit brièvement à la lettre « *particulière* » du 5/17 sept., en exposant la position du Saint-Siège, qui a le droit unique de décider en matière d'innovations religieuses ⁹³).

Dorénavant, l'affaire de l'introduction de la langue russe semblait ne plus occuper la diplomatie russe dans ses relations avec Rome. Cependant en 1876 elle renaissait, cette fois de la part du Vatican. Rome était pleinement informée de ce qui se passait dans les « provinces occidentales ». Le Saint-Siège ne pouvait rester passif devant l'action de Senczykowski, appuyée par l'intrus Zyliński, ses amis au Ministère de l'Intérieur à St. Pétersbourg et par les autorités locales.

Au mois de novembre 1876 mourut le vieux Cardinal Antonelli; son successeur, comme Secrétaire d'Etat, fut le Cardinal Simeoni. Une des questions les plus difficiles à régler dans l'Empire tzariste était celle de la langue russe dans le diocèse de Wilno et de Mińsk. L'abbé Ferdinand Senczykowski était en pleine activité. Par un ukase du gouvernement russe, du 9/21 juillet 1876, inspiré par Senczykowski et adressé à Zyliński, ce dernier devait nommer deux Visitateurs permanents dans le diocèse supprimé de Mińsk, dont le premier serait Senczykowski et le second Jurgiewicz. L'Instruction ministérielle et la première circulaire de Senczykowski communiquées à Rome par le Nonce de Vienne, Jacobini, informèrent définitivement le Saint-Siège sur le but de l'action russificatrice ⁹⁴). Cette question fut donc le thème principal des délibérations de la Session Cardinalice n. 435, du 1^{er} juillet 1877, de la Congrégation des Aff. Eccl. Extr., en la présence du nouveau Cardinal Secrétaire d'Etat, Simeoni. Le résultat des discussions fut rédigé dans un mémoire adressé le 26 juillet 1877 par le Cardinal au Chancelier russe Gorčakov, par l'entremise de l'Agent officieux russe, E. Ourousov. Cependant, ce dernier, d'une façon outrageante pour le Saint-Siège, restitua le document ⁹⁵). En conséquence, Ourousov eut l'accès fermé au Vatican (comme Meyendorff en 1865). En 1877 l'affaire Ourousov pouvait avoir le même effet sur les relations diplomatiques entre Rome et St. Pétersbourg. Toutefois, une Allocution consistoriale dans laquelle le Pape, comme jadis Grégoire XVI en 1842, devait protester contre la politique religieuse de la Russie, ne fut jamais prononcée. Pie IX voulait notamment protester contre le plan de destruction prochaine de l'Eglise latine et contre la suppression de l'Eglise grecque-unie de Chehm en 1875. Mais le 7 février 1878, Pie IX mourut, après 32 années de pontificat.

92) Kapnist à Antonelli, « *Particulière* », du 5/17 sept. 1873, v. AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1ère, f. 346.

93) Antonelli à Kapnist, « *Particolare* », du 26 sept. 1873, - v. AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1ère, 348.

94) Jacobini à la Secrétairerie d'Etat, 21 nov. 1876, avec annexes, v. A.E. Russia, 24 (selon Boudou, op. cit., II, 457-458 (1); v. ŽIRKEVIČ, I, 360-370.

95) Texte du Mémoire de Simeoni, avec autres documents, concernant l'affaire de Ourousov, publié dans l'*Univers*, 20 janv. 1878.

La décision négative du Saint-Office.

Ainsi, déjà en 1877, la question de l'emploi de la langue russe fut définitivement résolue à Rome. Cette fois-ci la question fut décidée de la part du Saint-Office, dans une réponse négative du 11 juillet 1877 aux deux questions suivantes: « I^o Est-il permis, dans le culte dit supplémentaire, de substituer sans l'autorisation du Saint-Siège la langue russe à la langue polonaise, usitée en vertu d'une coutume immémoriale? II^o Le Saint-Siège a-t-il jamais toléré cette substitution, ou doit-on présumer qu'il la tolère? ».

Notifiée par voie confidentielle aux évêques de Pologne et de Russie, cette réponse négative fut en même temps publiée par la presse européenne ⁹⁶). Telle fut la réponse définitive du Saint-Siège, et les instances répétées de la diplomatie russe ne purent l'ébranler.

Encore du vivant de Pie IX, en janvier 1878, l'intrus Żyliński recevait une seconde monition du Préfet de la Congrégation du Concile, le Cardinal Caterini, et en février de la même année un Administrateur Apostolique, en la personne du recteur du Séminaire, Mathias Harasimowicz, était nommé à Wilno. Enfin, vu l'insubordination de l'intrus Żyliński, ce dernier — par décret de la Congrégation du Concile du 5 septembre 1879 — fut frappé d'excommunication majeure. La même décision fut appliquée aux deux Visitateurs, Senczykowski et Jurgiewicz ⁹⁷).

La question de la langue russe fut encore en 1878 objet de conversations privées à St. Pétersbourg, entre les personnages: le bénédictin autrichien Beda Dudik, savant et panslaviste, le baron Köhne, protestant, directeur du Musée de l'Ermitage à St. Pétersbourg, le Directeur des Cultes Etrangers, Makov (exécuteur des plans du prêtre Senczykowski au Ministère de l'Intérieur) et Mosolov, directeur du Culte Orthodoxe au même Ministère. L'introduction de la langue russe à la place de la langue polonaise et l'élimination des Polonais de l'épiscopat catholique dans l'Empire russe, avec l'introduction des évêques étrangers, de préférence Slaves, d'Autriche-Hongrie — telles furent les deux questions principales de ces entretiens. Selon les plans de Makov, la langue des paroissiens devrait être la langue du curé. Ce principe devrait être sanctionné par un acte du Saint-Siège; les nouveaux archevêques de Mohilew et de Varsovie, en seraient les exécuteurs. En retour de ces concessions de la part de Rome, le gouvernement impérial s'engagerait d'assurer à l'Eglise catholique un large plan de liberté religieuse ⁹⁸). Cependant ces projets, dont le baron Köhne devait être le porte-parole à Rome, échouèrent dès le début de

96) Décision de Saint-Office, du 11 juillet 1877, - v. *Le Monde*, N. du 24 oct. 1877 (v. Boudou, op. cit., II, 467).

97) Cardinal-Préfet Caterini à Żyliński « *Qui debitam* », du mois de janvier 1878. - Circulaire de la Secrétairerie d'Etat, même date, notifiée aux évêques les mesures contre Żyliński et les Visitateurs, v. *A.E., Russia*, 34. - Congrégation du Concile à Żyliński « *propre biennium* », 5 sept. 1879, v. *A.E., Russia*, 83; Monitoire 6 Senczykowski et Jurgiewicz, même date, v. *ibid.*, *A.E., Russia*, 83 a; (selon Boudou, II, 469-470); - Żyliński mourut à Wilno, en 1887, après avoir fait sa rétractation à Rome en 1883.

98) Sur cette affaire, v. *A.E., Russia*, 68; cf. surtout la lettre de Nina à Jacobini, du 22 nov. 1878 (selon Boudou, op. cit., II, 480-485).

sa mission secrète; elle parut suspecte à Rome, à cause du caractère non officiel du baron. Un échange d'idées, durant l'unique rencontre de Köhne avec le Cardinal Secrétaire d'Etat, Lorenzo Nina, n'aboutit à aucun résultat, mais permit de constater encore une fois l'attitude intransigeante du Saint-Siège en ce qui concerne l'introduction de la langue russe.

Ce même problème devait revivre encore au cours des négociations, cette fois-ci d'un caractère non secret, à Vienne et ensuite à Rome, durant les conférences préparatoires à un accord entre le Saint-Siège et la Russie. A la fin de 1878, des négociations furent entamées à Vienne entre le Nonce Jacobini et l'ambassadeur russe en Autriche, Novikov. Dans sa lettre au Nonce du 26 déc. 1878, le Cardinal Secrétaire d'Etat Nina prévenait Jacobini, que dans les éventuelles négociations il devait catégoriquement éliminer la question de la langue russe. Cette recommandation fut fidèlement suivie par Jacobini ⁹⁹⁾. Ce fut en vain que, vers la fin de juillet 1879, l'ambassadeur Novikov voulut persuader le Saint-Siège à reprendre la discussion sur la question du russe, en disant que: « C'est pour nous une question de dignité, de puissance politique, étant donné le mouvement du panslavisme ». Jacobini n'y consentit pas.

Au cours des délibérations des cardinaux à Rome, à la Session du 7 août 1879 de la Congrégation des Aff. Eccl. Extr., tout un programme des négociations futures fut élaboré. Comme un des premiers points, le Cardinal Franzelin proposa l'éloignement des vicaires capitulaires intrus des diocèses de Wilno et de Mińsk, ainsi que des deux autres intrus, prétendus Visitateurs. C'est précisément le même point que Léon XIII voulait régler, comme un des premiers, dans les négociations avec la Russie ¹⁰⁰⁾.

Dans les instructions de St. Pétersbourg, envoyées au négociateur russe Oubril, et présentées au Nonce Jacobini le 4 mars 1880 comme réponse à son *pro memoria* du 18 nov. 1879, un des premiers points concernait justement l'organisation des diocèses de Wilno et de Mińsk. Selon les instructions du gouvernement russe, la personne de Żyliński se trouvait déjà éliminée par suite de la nomination d'un futur évêque; quand aux « Visitateurs », nommés dans le *pro memoria*, « ils n'existaient plus depuis longtemps ». Cette information du gouvernement russe était fausse, car — comme nous l'avons dit plus haut — encore le 5 septembre 1879, la Congrégation du Concile avait envoyé une monition à Senczykowski, qui, ne s'étant pas soumis en temps prescrit, subissait la peine d'excommunication ¹⁰¹⁾. Le 11 mars 1880, Oubril essaya encore une fois d'entamer la question de la langue russe comme un des points des négociations, mais cette fois aussi Jacobini précisa l'attitude catégoriquement négative du Saint-Siège à ce sujet. Le 31 octobre 1880 le protocole et les articles de l'accord avec la Russie furent signés. Ils ne contenaient aucune mention concernant

99) Cardinal Nina à Jacobini, 26 déc. 1878, v. A.E., *Russia*, 69; Jacobini à Nina, 9 août 1879, v. A.E., *Russia*, 102 (selon Boudou, op. cit., II, 490-491, 502, 515-516).

100) cf. « *Punti più urgenti da comunicarsi a Mgr. Nunzio in Vienna, come basi di trattative col Governo Russo, secondo la risoluzione adottata dagli Emi PP. nell'adunanza del 7 agosto 1879* », - v. A.E., *Russia*, 109 (selon Boudou, op. cit., II, 506-508); v. *ibid.*: « *Appunti formulati dal Pro-Nunzio di Vienna* », communication de Jacobini à Nina, du 29 nov. 1879.

101) Le *Pro-memoria* d'Oubril à Jacobini - annexe à la dépêche de Jacobini à Nina, 5 mars 1880, v. A.E., *Russia*, 109; Congrégation du Concile à Senczykowski, 5 sept. 1879, v. A.E. *Russia*, 83 a; cf. ZIRKEVIČ, I, 434-435 (texte en trad. russe) - Jacobini à Nina, 18 mars 1880, v. A.E., *Russia*, 109 (selon Boudou, op. cit. II, 510-516).

la langue russe dans le culte supplémentaire catholique ¹⁰²⁾. Cette affaire devait rester cependant un point de marchandage, car à ce prix le gouvernement russe aurait consenti à renouveler sa représentation officielle auprès du Saint-Siège. Oubril, muni des directives de St. Pétersbourg, proposa un minimum: une décision favorable du Saint-Siège concernant l'introduction de la langue russe, au moins pour certaines localités de l'Empire; enfin, le cas échéant, au moins pour la communauté catholique de St. Pétersbourg. L'ambassadeur russe à Vienne exprimait au Nonce le désappointement d'Alexandre II, qui tenait si vivement à une décision positive au sujet de la langue russe. Toutefois, Rome refusait d'y consentir, et le Pape Léon XIII personnellement, se disait « dans l'impossibilité absolue » de le faire, comme le communiquait le Cardinal Secrétaire d'Etat au Nonce de Vienne ¹⁰³⁾.

Cependant, encore en 1883, le représentant du Pape, Mgr. Vanutelli, en mission au couronnement du nouvel Empereur Alexandre III, s'entendit dire par le Ministre Giers que le rétablissement de l'ambassade russe auprès du Vatican « dépendait d'autres considérations, que le gouvernement était obligé de ne pas perdre de vue ». La concession du Saint-Siège en regard de l'introduction de la langue russe dans le culte, en était assurément le prix ¹⁰⁴⁾.

Les tentatives d'introduire la langue russe dans les églises catholiques de Pologne ne furent point abandonnées. Elle devaient revenir à l'ordre du jour encore vingt ans plus tard, en inspirant le Veto du Cardinal Puzyna contre l'élection du Cardinal Rampolla au Conclave de l'année 1903 ¹⁰⁵⁾.

CONCLUSION

Ainsi s'achevait l'essai d'introduction de la langue russe dans le culte de l'Eglise catholique dans les terres dites « provinces occidentales » annexées à l'Empire au temps des partages de la Pologne.

L'initiative d'un simple vicaire, énergique et ambitieux, prit bientôt les formes d'une lutte acharnée contre la langue qui depuis des siècles était reçue dans les églises de son pays. Emporté par une ambition sans bornes, tous les moyens semblaient bons au jeune prêtre. L'atmosphère générale, d'ailleurs, paraissait apte à une pareille action. Après la défaite de l'Insurrection polonaise de 1863-64, au moment du triomphe apparent, quoique

102) V. textes: « Arrangement préliminaire entre le Saint-Siège et la Russie » et le « Protocole », v. A.E., *Russia*, 121: impr. dans MERCATI, *Raccolta di Concordati*, I, pp. 1016-1018; *Conventiones ... Leonis PP. XIII*, 26-29, « *Pro-Russia* ».

103) cf. « *Relazione sulle Conferenze coll'Ambasciatore di Russia* », annexe à la lettre de Jacobini à Nina, 7 juin 1880, v. A.E., *Russia*, 111. - Jacobini à Nina, 14 juillet 1880, v. A.E., *Russia*, 113; - instructions de Nina à Jacobini, 26 juillet 1880, v. A.E., *Russia*, 114. (selon Boudou, II, 526-528).

104) Mission de Mgr. Vincenzo Vanutelli au couronnement d'Alexandre III, en 1883; son entretien avec Giers, v. Boudou, op. cit., II, 542-543.

105) v. OBERTYŃSKI Zdzisław, *Veto Kardynała Puzyny*, dans *Collectanea Theologica*, Warszawa, 1958. MEYSZTOWICZ V., *La Pologne dans la Chrétienté*, Paris 1966, p. 138-9.

précaire, de la politique russificatrice de Mouraviev, le projet du jeune vicaire Senczykowski trouva un terrain favorable et l'appui des russificateurs. La désorganisation de la hiérarchie ecclésiastique des provinces en question, la suppression du diocèse de Mińsk, le désarroi dans le diocèse de Wilno à la suite de l'exil de son évêque, Mgr. Adam Krasieński, préparèrent le terrain à une telle action, foncièrement anticanonique. La situation s'aggrava encore par l'intervention illégale et arbitraire des autorités administratives russes locales, ainsi que du gouvernement central à St. Pétersbourg. Le courant panslaviste, envahissant l'entourage de l'Empereur Alexandre II et les milieux ministériels, facilita l'adoption des mesures gouvernementales dans cette action.

La politique religieuse du gouvernement russe trouva expression dans les rapports diplomatiques de St. Pétersbourg avec le Saint-Siège. Mais Rome, de sa part, était bien informée. Après quelques hésitations (du Cardinal Secrétaire d'Etat Antonelli), le parti pris par le Vatican fut clair : ne céder à aucun prix aux tentatives d'introduction de la langue russe, même si à ce prix on pouvait obtenir le renouement des relations diplomatiques officielles entre le Saint-Siège et la Russie. On était prévenu à Rome par des précédents analogues. Déjà avant 1839, des innovations liturgiques de ce genre avaient été introduites par Siemaszko dans l'Eglise grecque-unie; récemment, avant 1875, Kuziemski et M. Popiel en avaient fait de même à Chełm. Chaque fois, ces innovations furent suivies par une persécution encore plus sévère. Ainsi, à l'ukase du 24 décembre 1869, le Saint-Siège répondit par une décision négative du Saint-Office du 11 juillet 1877. Les accords de Vienne et de Rome en 1880-1882, ne faisaient non plus aucune concession aux tentatives du gouvernement russe.

Sur place, dans les provinces attaquées, quelques faits retentissants marquèrent le progrès de la lutte. Dans le diocèse de Wilno : la protestation dramatique du curé Piotrowicz, exilé ensuite en 1870 à Archangielsk; la mort violente du prélat Tupalski, un des principaux promoteurs de l'action russificatrice. Dans le diocèse de Luck-Zytomierz : l'opposition courageuse de l'évêque Gaspar Borowski, exilé lui aussi en 1870 à Perm, en Sibérie. Dans le diocèse de Samogitie : l'inébranlable attitude du digne évêque, Mgr. Mathias Wołonczewski. Enfin à Mińsk : le sort honteux du promoteur principal de toute cette action russificatrice, le prêtre Senczykowski. Tombé du sommet de sa carrière ecclésiastique, éloigné en 1882 du champs de son activité, il mourait à Omsk en Sibérie, excommunié et apostat.

Dans un pays, dont la population formait un conglomerat de nationalités diverses, blanche-ruthène, lithuanienne, lettone, ruthénienne, toutes non cristallisées encore au point de vue politique et culturel — sauf l'élément polonais prépondérant sous chaque rapport — les fidèles catholiques ne désiraient aucun changement dans le culte supplémentaire de leur Eglise. Dans ces circonstances, l'introduction de la langue russe — étrangère à ce conglomerat de nationalités — loin d'être une innovation liturgique positive, ne fut qu'une mesure oppressive, de caractère purement politique, absolument hostile à tous les fidèles de l'Eglise Catholique dans les « Provinces Occidentales ».

C'est à cet ensemble de faits et de circonstances qu'il faut attribuer l'insuccès d'une action, si bien préparée en apparence et disposant de tout un appareil administratif et diplomatique d'un grand Empire.

Le « Non possumus » de Pie IX et de Léon XIII en cette question, sauva l'Eglise Catholique dans les terres arrachées à la Pologne où, déjà alors, son existence était menacée par la Russie.

DOCUMENTS (N. 1 - N. 55)

L'Auteur a disposé de l'ordre dans lequel les documents sont imprimés; il a aussi préféré ne publier que les registres de certains documents (14, 19, 33, 37, 39, 40, 51, 52) dont plusieurs ont été imprimés dans des éditions accessibles. Le Comité de Rédaction ne possédant pas les photographies des documents qui suivent, les public d'après les copies de l'Auteur.

Les textes en caractères russes (« graždanka »), sont transcrits d'après le système employé pour les publications slavistiques en France.

Le signe abrégé: AA.EE.SS. (dont la forme correcte serait A. S. Vat. Congr. Aff. Straord.) signifie: Archivio Segreto Vaticano, Archivio della Congregazione per gli Affari Ecclesiastici Straordinari. Cette série n'est accessible qu'avec une permission spéciale du Cardinal Secrétaire d'Etat. (Note du Com. Réd.)

DOC. N. 1.

St. Pétersbourg, 20 janv. 1868.

*Ministre de l'Intérieur de Russie
au Collège Ecclésiastique Catholique Romain.
Concernant l'introduction de la langue russe dans les églises catholiques.
Traduction.*

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 243, in fascicolo:

« Documenta ex originalibus authenticis rossiacis in latinum versa atque introductionem linguae rossicae in ecclesias catholicas Poloniae et Russiae spectantia ».

A. Consilium a Ministro rei internae Romano-Catholico Ecclesiastico Collegio die 20 Januarii 1868 anni N 110 propositum.

Romano-Catholicum Ecclesiasticum Collegium, ex consilio Ministri rei internae sibi dato, injunxit Locorum Ordinariis, mandato die 31 Augusti 1832 anni edito, ut praecipiant: 1. quatenus Clerus instantes octo festos palatii dies (nimirum natales et onomasticos dies Suarum Imperatoriarum Majestatum, Domini Imperatoris et Dominae Imperatricis, necnon Suae Imperatoriae Celsitudinis Domini Caesaridis, perinde ac ascensionis throni Suae Majestatis) annuntiet in Ecclesiis festo proxime praecedenti, populum invitent ad communiter orandum pro Dominanti Domo, atque hac occasione suos parochianos de obligationibus fidelium subditorum edo-

ceant; 2. quatenus praeter illa caesarea aliaque palatii festa, omnibus etiam aliis solemnibus diebus de praecepto, absoluta ultima majore Missa, idiomate, quo utuntur parochiani, proferatur imperata pro Regnante Domo oratio; 3. denique quatenus supplicationibus, quae communiter post Missam matutinam diebus festis cantantur de avertenda peste, fame, igne, bello etc., addatur supplicatio, aequae in lingua, qua utuntur parochiani, de praeservando Domino Imperatore, Augustissima Ejus Domo, populoque Ei subdito ab omni malo.

Interim constituta Vilnae Revisoria Commissio detulit Generali Praefecto Septentrionaliter-Occidentalis Regionis *), orationem pro Domino Imperatore in ecclesiis illius regionis non eodem ubivis modo et insuper polonice pronuntiari, non vero propria eorum locorum lingua; cujusmodi pro catholicis incolis, natione alborussis, agnoscenda est rossica; atque praeterea proferri eam in forma orationis « pro Rege », non autem « pro Imperatore », cujus etiam argumentum optatis minime respondet, quippe quum ideae de Domino Imperatore jungat notionem peccaminosae cujusdam pestis, monstruositatis vitiorum et s.p.; eam demum recitari, finita jam omnino Missa, postque eas, quae supplemento sunt preces et cantica exeunte jam ex Ecclesia populo. His addidit Revisoria Commissio, petiisse se a Vilnensi, Minscensi et Samogitiensi Locorum Ordinariis certas hac de re notitias, et sequentia accepisse responsa: Administrans Dioecesim Vilnensem nuntiavit in Ecclesia hujus dioeceseos, morem fuisse, orationem pro Domino Imperatore et Augustissima Domo, Dominicis et festivis diebus, ad annum usque 1866 polonica lingua proferre; inde vero legi eam in lingua latina mox post ultimam solemnem Missam absolutam. Telszensis Episcopus significavit, praefatam orationem fieri in aliis Ecclesiis lingua latina, in aliis vero lithuanica; idque tempore Liturgiae post Missam. Minscensis autem Episcopus respondit, — usque ad 27 Octobris 1865 anni istam orationem lectam polonice vel latine, hodie vero tantummodo latine, praevio cantu hymni: « Te Deum laudamus » et pronuntiatione singulorum Augustissimorum Nominum, juxta formam, quae mittitur a Collegio; ipsa oratio fit immediate post Liturgiam Dominicis et festivis diebus necnon festis palatii.

E revisis porro ab eadem Commissione directoriis dioecesium Septentrionaliter-Occidentalis regionis apparuit:

1. Solam orationem pro Domino Imperatore, quae reperitur in directorio Minscensis dioeceseos, ad litteram convenire cum canonica forma orationis « pro Rege », ab Ecclesia catholica institutae et in Missali Romano positae; in reliqua autem directoria irrepsisse variationes.

2. In oratione: « Deus, qui miro ordine universa disponis... » in directorio Minscensis dioeceseos vocabulum « Rossici » omissum est.

3. Ordinem precum in directorio esse sequentem: Imprimis positam esse orationem: « Te Deum laudamus », tum orationem pro Augustissima Domo, cui adjecti sunt versus, qui in directoriis Telszensi et Vilnensi incipiunt versu: « Domine salvum fac Imperatorem nostrum »; in directorio vero Minscensi et Mohyloviensi versum ejusmodi praetermissum.

*) Les gouvernements de Vilna, de Kowno, de Grodno, de Mińsk, de Mohylow et de Witebsk (« Severozapadnyj Kraj »), annexés à l'empire de Russie après les partages de la Pologne (1772-1815).

Quae postquam collata erant cum Missali Romano, compertum est, orationem, qua hodie utitur clerus pro Imperatore, proprie esse orationem « pro Rege », etiamsi in eodem libro habeatur oratio pro Imperatore: « Deus regnorum omnium protector... ». Quibus omnibus Revisoria Commissio adjunxit, orationi pro Domino Imperatore et Augustissima Domo praemitti immediate post Missam cantationem psalmorum: « Deus noster refugium... », « Angelus Domini... » etc. etc., atque hujusmodi cantica ad annum 1861 prolata passim fuisse nonnisi post Missam matutinam (vulgo primariam), usumque eorum post Missam solemnem parochialem introductum esse praeter canonicas regulas.

Hanc Revisoriae Commissionis relationem significans mihi, ejusque conclusioni annuens, Generalis Praefectus Septentrionaliter-Occidentalis regionis, putat: 1. Permutandam, quae hodie profertur, orationem « pro Rege » cum oratione e Missali Romano « pro Imperatore »; 2. vertendam esse tam istam orationem, quam omnes alias pro Augustissima Domo, in rossicam linguam, prolotionemque earum in ista lingua de praecepto injungendam in iis omnibus ecclesiis Septentrionaliter-Occidentalis regionis, ubi catholicismum profitentur albo-rossi incolae; 3. latinas et polonicas orationes pro Domino Imperatore et Regnanti Domo in omnibus ecclesiis Septentrionaliter-Occidentalis regionis eo ipso abolendas; et 4. adhibenda esse media, quatenus prolatio orationum ejusmodi fiat necessario omnibus Dominicis et festivis diebus necnon festis palatii, idque immediate post Missam, adeo ut praecedat quascumque Missam sequentes preces, hymnorumque cantus.

Illa quoque in parte necessarium [reputans] introduci in proferendas orationes pro Domino Imperatore et Regnanti Domo uniformitatem perinde ac linguam, qua utuntur parochiani, — propono Romano - Catholico Ecclesiastico Collegio, ut referat Ministerio, quae circa ordinem opinetur, quo, quae proposita sunt a Generali Praefecto Septentrionaliter-Occidentalis regionis, possint in effectum deduci et applicari cunctis Imperii dioecesibus.

(Subscri.) Ob aegritudinem Ministri rei internae, Socius Ministri

Dux Lobanow. -
Director - Sivers.

DOC. N. 2.

St. Pétersbourg, 31 janvier 1868.

*Collège Ecclésiastique Catholique Romain
aux Evêques des Diocèses.*

*Demande leur opinion sur l'introduction de la langue russe dans les églises.
Traduction.*

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 243 v. B.

Romano-Catholicum Ecclesiasticum Collegium, audito consilio sibi a Ministro proposito, mandavit, ut, dum communis oratio pro Domino Imperatore et Dominanti Domo proferri debeat in Rom.-Cath. ecclesiis lingua,

qua utuntur parochiani, notitiae vero de propria cujusvis parochiae lingua accuratiores sint singulis Locorum Ordinariis, idcirco antequam detur postulata a Domino Ministro rei internae opinio, praescribatur omnibus Locorum Ordinariis et Mohyloviensi Consistorio, quatenus suppeditent necessarias circa hanc rem notitias simulque suas mittant opiniones circa media, ope quorum proposita Generalis Praefecti Septentrionaliter-Occidentalis regionis possint in effectum deduci et applicari in ambitu dioeceseos, singulis Locorum Ordinariis subiectae.

Die 31 Januarii 1862 an. N.N. 268-274.

DOC. N. 3.

s.l., 20 févr. 1868.

*Vincent Lipski, Administrateur du Diocèse de Tiraspol
au Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.
Concernant l'introduction de la langue russe dans la liturgie catholique.
Traduction.
AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 243, C. 1.*

Administrantis dioecesim Tiraspolensem, Episcopi Lipski 20-o Februarii 1868 anni N. 63.

Accepto mandato R.-C. Eccl. Collegii (ex die 31 Januarii 1868 anni N. 271) circa mittendas ei notitias de lingua, qua utuntur parochiani, ambitu dioeceseos Tiraspolensis comprehensi, perinde ac opiniones de ordine applicandorum ac in effectum deducendorum consiliorum Generalis Praefecti Septentrionaliter-Occidentalis regionis, in praefato Collegii mandato propositorum, honori mihi duco nuntiare, in maxima parte parochiarum Tiraspolensis dioeceseos in usu esse linguam germanicam, utpote quarum incolae omnes omnino sunt germanicae originis; alias parochias exclusive inhabitari ab Armenis, ubi proin communi usu est lingua armenica; reliquas vero parochias Tiraspolensis dioeceseos constare, non una qualibet natione, sed variis insimul, nimirum: Franco-gallis, Germanis, Italianis, Grusis atque ex parte etiam Polonis; ideoque cohiberi in ejusmodi parochiis linguam non unam quandam communem, sed variam pro nationum varietate. Orationes vero pro Domino Imperatore et Dominanti Domo in dioecesi Tiraspolensi prolatas semper, proferrique usque modo in R.-C. ecclesiis germanicarum paraeciarum lingua germanica, — in reliquis vero paraeciis, quae incoluntur a variis gentibus, lingua latina; — ideoque propositam introductionem linguae rossicae in proferendas orationes pro Domino Imperatore et pro Regnanti Domo non posse applicari Tiraspolensi dioecesi, quippe cum in ea catholicam religionem nemo incolarum profiteatur, qui rossico utatur idiomate. Quod vero attinet ad ordinem legendarum pro Domino Imperatore et Augustissima Domo orationum, hae et nunc temporis in Tiraspolensi dioecesi proferuntur omnibus Dominicis, festisque diebus et palatii festis, Missa solemni absoluta, ante alias preces, hymnosque.

(Subscr.) Epps Vincentius Lipski

DOC. N. 4.

[Telsze], 12 mars 1868.

*Mathias Wołonczewski, évêque de Telsze
au Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.
Réponse négative concernant la possibilité d'introduire dans le diocèse la
langue russe dans la liturgie supplémentaire.*

Traduction.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 244, D.

Telszensis Episcopi Wołonczewski. Die 12 Martii 1868 N. 1056.

Collato mandato R.-C. Eccl. Collegii de oratione pro Domino Imperatore cum iis, quae aguntur in subjacenti mihi Consistorio, comperi: Samogitiensem seu Telszensensem dioecesim constare Kownensi et Kuronensi guberniis: quorum in primo urbanos incolas R.-C. religionis uti polonica et lithuanica linguis, — rurales vero lithuanica; quin in quibusdam locis etiam polonica; in altero autem — urbanos uti germanica, rurales lethonica; perindeque orationes pro Domino Imperatore et Regnanti Domo, mea opinione, si nefas est in civitatibus Kownensis gubernii lingua polonica, proferri posse in latina, — si vero ne ea quidem permittatur, tunc in lithuanica, quam omnes, qui etiam in communi conversatione lingua polonica utuntur, intelligunt et in loquendo adhibent; — in parochiis autem lingua nonnisi lithuanica; in Kuronensi vero gubernio per civitates lingua germanica, — per parochias lethonica. Id quod honori mihi habeo deferre Ecclesiastico Collegio, exequens mandatum illius, — die 31 Januarii anni currentis editum sub N. 268.

(Subscr.) Telszensis Epps. Mathias Wołonczewski

DOC. N. 5.

s.l. [Mińsk?], 15 mars 1868.

*Adam Wojtkiewicz, évêque de Mińsk
au Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.
Concernant l'introduction de la langue russe dans la liturgie.*

Traduction.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., p. 1re, f. 244, E.

Minscensis Episcopi. Die 15 Martii 1868 an. N. 689.

Illud Collegium, mandato, 31 praeteriti Januarii sub N. 270 ex consilio eidem a Ministro rei internae die 20 Januarii hujus anni sub N. 110 proposito secundum relationem Generalis Praefecti Septentrionaliter-Occidentalis regionis circa introducendam uniformitatem in proferendas orationes pro

Domino Imperatore et Regnanti Domo, inque legendas easdem ea lingua, qua utuntur parochiani, dato, — praescripsit exhiberi sibi necessarias huius rei notitias, simulque conclusiones de modo, quo proposita a Generali Praefecto Septentrionaliter-Occidentalis regionis possint in effectum deduci et applicari intra limites subjacentium singulis Locorum Ordinariis dioecesium:

1. In Minscensi Dioecesi, quae ad annum usque 1865 numerabat Catholicorum 184.000, ut liquet ex composita a civili magistratu pro illo anno statistica relatione, quatuor Catholicorum, ut minimum, partes constituisse proprietarios, sic dictos nobiles, cum juribus nobilitatis a gubernio agnitis, sive non agnitis, quorum plerique tributariae classi adnumerati, sive municipales facti, — omnesque hos atque in genere cunctos municipales, aliarumque conditionum homines in familiari et sociali vita uti lingua polonica.

2. Rusticis ver plebejis, qui ad annum usque 1865 constituebant quintam, ut plurimum, partem Catholicorum dioecesis Minscensis incolarum, propriam quidem esse ad colloquendum albo-rossicam dyalectum, — attamen hos etiam ipsos, ob consuetudinem plus quam tribus saeculis cum proprietariis nobilibusque servatam, linguam polonicam intelligere, plerosque etiam in ea loqui atque orare, alios quidem e manualibus precum, alios memoriter recitare quotidianas, quas a matribus suis didicerunt, preces.

3. Catholicorum insuper plebejorum numerum, ob eorum Ecclesiae rossicae successivam incorporationem, juxta notitias, ex Minscensi rossico Consistorio acceptas, ad dimidiam ferme partem, juxta vero jactationes Mediatorum pacis *) multo adhuc magis decrevisse; eamque incorporationem Catholicorum plebejorum adeo continuari, ut non ita diu expectandum supersit, donec catholici rustici inferantur catalogis orthodoxorum (rossicorum) parochianorum, et in Romano-Catholicis relinquantur incolae, polonice nonnisi loquentes; puto, inde necessariam et claram fluere conclusionem, si quaeratur de proprio Catholicorum hujus loci idiomate.

Quod vero spectat orationem pro Domino Imperatore et Regnanti Domo, haec, cum immediate post absolutam Liturgiam dici debeat (id quod reapse in Cathedrali Minscensi fit), eoque ipso constituat velut indivisibilem Liturgiae partem, aequius videtur futurum, si, non mutata lingua, latine illa in posterum proferatur. Populus autem, etiamsi non intelligat latinam linguam, sed habens polonicas versiones in manualibus precum et cognitis ex spiritualibus instructionibus obligationibus submissionis erga Thronum, perinde ac argumento et sensu orationis pro Capite Regni et tota Regnanti Domo, non negliget certe corde animoque adungere se oranti sacerdoti et suo modo idem rogare Deum cum ipso, quum caeteroquin bene sit persuasus, se eo ipso orare pro sua prosperitate. Tum vero quod ipsam attinet pro Domino Imperatore orationem, hanc post 1830 annum, cum primum apud Catholicos in usum id genus orandi venisset, defunctus in pace Vilmensis Episcopus Kłagiewicz selegit ipse, jussitque cantari pro Imperatore eam orationem, cui in Rituali inscribitur « pro Rege », idque, ut puto propterea, quod in ea plus sentiat sinceritatis et fervoris, quam in oratione « pro Imperatore », cujus expressiones sat frigide deprehenduntur.

(Subscr.) Epps. Adamus Wojtkiewicz.

*) « Mirovoj posrednik ».

[Wilno], 28 avril 1868.

*Consistoire Catholique-Romain du Diocèse de Wilno
au Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.
Concernant la langue employée par les fidèles de tous les décanats du
Diocèse de Wilno.*

Traduction.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 245. F.

R.-C. Eccl. Consistorii Vilnensis. Die 28 Aprilis 1868 anni, N.N. 2452 et 2688.

Juxta mandatum R.-C. Eccl. Collegii, die 31 Januarii anni currentis sub N. 279 datum atque nomini Administrantis diocesim Vilnensem inscriptum, a Sua vero Venerabilitate exequendi gratia Consistorio traditum, Consistorium die 7 Februarii praescripsit omnibus decanis dioeceseos Vilnensis, in notitiam ejus perferre: qua lingua et in quibus parochiis parochiani colloquantur et ferant Domino Deo preces, nec non quae lingua possit ab iis omnino intelligi, dum profertur totius populi nomine oratio pro Domino Imperatore et tota Dominanti Domo? Ex acceptis vero in Consistorio vario tempore decanorum relationibus apparet: In civitate Vilna parochianos colloqui et preces Domino Deo offerre lingua polonica. Per districtum Vilnensem in 19 parochiis loqui et orare parochianos polonica lingua, in caeteris vero 7 parochiis lithuanica lingua. Per districtum Trocensem in 28 parochiis a majori parte parochianorum adhiberi linguam lithuanicam; minorem partem uti polonica lingua. Per districtum Oschmianensem omnes parochianos loqui et offerre Domino Deo preces lingua polonica. Per districtum Swiencianensem in 16 parochiis ferri Domino Deo preces lingua polonica, in reliquis vero 9 - lithuanica. Per districtum Vilejcensem parochianos majori ex parte colloqui lingua polonica, minori ex parte colloquia facere plebeja lingua, albo-rossico idiomate permixta, a quibus tamen omnibus absque ulla exceptione ferri Domino Deo preces lingua polonica. Per districtus: Grodnensem, Slonimensem, Kobrynensem, Prużanensem, Bielscensem, Białostocensem et Sokolensem omnes parochianos colloqui et orare lingua polonica. Per districtum Brestensem majorem partem parochianorum colloqui lingua polonica, minorem partem - corrupta rossica; ast ab omnibus illis sine exceptione ferri Domino Deo preces lingua polonica. Per districtum Lidensem: in ipsa civitate Lida parochianos orare lingua polonica, colloqui autem inter se idiomate albo-rossico; ab his intelligi linguam rossicam in proferenda nomine totius populi oratione pro Domino Imperatore et Dominanti Domo; in caeteris vero 12 parochiis cunctos colloqui et ferre Domino Deo preces in polonica lingua. Per districtus Vilnensem et Wolkowscensem omnes parochianos colloqui et ferre Domino Deo preces in eadem polonica lingua.

(Subscr.) Vice Officialis Praelatus Decanus Mamertus Herbut.
Visitator Monasteriorum Praelatus Niemeksza.
Assessor Praelatus Tupalski.
Assessor Praelatus Szelejko.

s.l. (St. Pétersbourg?), 15 mai 1868.

*Consistoire Catholique-Romain de Mohylew
au Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.
Concernant l'introduction de la langue russe dans la liturgie.*

Traduction.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 245. G.

Rom.-Cath. Eccl. Consistorii Mohyloviensis. Die 15 Maji 1868. N. 2880.

Mandato, 31 Januarii anni currentis edito, R.-C. Eccl. Collegium praescrispsit huic Consistorio, ut ei mitteret notitiam de linguis, quibus singulae utuntur parochiae, simulque propriam opinionem significaret de modo, quo possent in effectum deduci et applicari, quae proposita erant a Generali Praefecto Septentrionaliter-Occidentalis regionis, nimirum: 1. ut ea, quae hodie profertur, oratio « pro Rege » permutetur cum oratione ex Missali Romano « pro Imperatore »; 2. ut haec oratio, perinde ac caeterae pro Augustissima Domo, in rossicam linguam vertantur, in qua etiam prolatio earum fiat de praecepto pro omnibus iis ecclesiis Septentrionaliter-Occidentalis regionis, ubi catholicam religionem profitentur incolae albo-rossi; 3. ut polonicae et latinae orationes pro Domino Imperatore et Dominanti Domo hoc ipso aboleantur; et 4. ut media adhibeantur, quatenus prolatio istarum orationum fiat necessario omnibus diebus festivis, Dominicis, aulicisque, idque immediate post absolutas preces et cantica, quae Missam sequuntur.

Consistorium ante executionem illius mandati postulavit a localibus decanis Witebscensis et Mohyloviensis guberniorum, quatenus illi, perpen-sis locorum adjunctis, referrent suas opiniones circa rem, quae est sub quaestione. Quo praedicti decani, missis vario tempore relationibus, suas exposuerunt sententias, quibus illi unanimiter declarant, orationes, quae hucusque proferebantur lingua latina et polonica, intelligi a parochianis cum Mohyloviensis tum Witebscensis gubernii, - et solummodo in tribus districtibus posterioris, nominatim: in Režycensi, Gucinensi et Dynaburgensi, illas orationes proferri in vulgari horum locorum lingua lethonica.

Consistorium vero, postquam omnia hujus rei adjuncta contulit cum Ecclesiae legibus, concludit:

1. Ad sedulam et constantem custodiam unitatis non modo dogmatum, verum et omnium omnino rituum et orationum Romano-Catholicae Ecclesiae Papa Sixtus V 1587 anno specialem instituit Sacram Rituum Congregationem. Opera hujus Congregationis, juxta decreta Oecumenici Tridentini Concilii (Sess. XXV.a de Sacri (Miss.), revisi sunt atque de novo editi (1614 an.) liturgici libri, inque eorum numero « Rituale Romanum » et « Missale Romanum », quos confirmans Paulus V, repetit bullas, in quibus sub severissimis Ecclesiasticis censuris (sub poena excommunicationis, suspensionis et inhabilitatis in posterum) praescriptum jam erat universo clero, a patriarcha ad simplicem usque sacerdotem in omnibus Romano-Catholicis ecclesiis, per omnia regna mundique partes, ad litteram observare non tantum singula vocabula, verum et totam rubricam illorum sine ulla omnino mutatione.

Inde vero a tempore, quo gentes Lithuaniae et Poloniae Christianam

religionem susceperunt, universa Liturgia apud eas perficiebatur secundum ecclesiasticos canones in sola tantum latina lingua. Deinceps autem quum medio saeculo XVI, ob emergentem protestanticam haeresim, sentiri coepisset extrema necessitas introducendarum in Ecclesiasticam Liturgiam polonicae, lithuanicae et lethonicae linguarum, - hujus rei gratia de anno 1556 usque ad annum 1631 variis in locis antiqui Polonici regni convocatae fuerunt diverso tempore 40 dioecesanae et duodecim provinciales synodi, quarum suffragio laudatae versiones nonnullarum orationum et sacrorum hymnorum mittebantur Romam a S. Pontifice approbandae. Hoc modo in synodo Piotrkoviensi finaliter jam adaptatum fuit « Rituale Romanum » Pauli V spiritualibus necessitudinibus Polonarum et Lithuanicarum provinciarum, insertis illi admodum paucis expressionibus polonici, lithuanici et lethonici idiomatum; - quod tamen non prius excusum et vulgatum est, quam Romae revisum et approbatum esset (1631).

Ex quo patet, nefas esse, juxta Ecclesiasticos canones, facere pro Ecclesiastica Liturgia versiones orationum, quae liturgicis libris continentur, in quamcumque linguam vulgarem, - eo autem vel magis, si talis lingua nondum fuerit umquam in Catholica Ecclesia adhibita; atque versiones ejusmodi non posse introduci in liturgicum usum, sub poena etiam excommunicationis, donec approbentur illae a Sacra Rituum Congregatione. Porro indubia haec de liturgicis libris lex, perinde ac caeterae omnes, oritur ex generali Ecclesiastici Juris regula: « Nihil innovetur, nisi quod traditum est », - vigetque non solum apud Romano-Catholicos, sed apud alias etiam christianas confessiones, quibus pariter sui sunt liturgici libri, conscripti itidem antiquis, emortuis ac prorsus inintelligibilibus vulgo dyalectibus, attamen sacri inviolatique; cujusmodi sunt liturgiae: Chaldaica, Coptica, Armenica, Antiqua-Slavica, Antiqua-Graeca, etc. - Eaedem de libris liturgicis leges occurrunt etiam apud gentes non christianas, proindeque destitutas stricta unitate communionis, veluti ex. gr. Mahommedanos, qui inter varias orbis nationes sparsi, in orando utuntur, quae illis sacra est, arabica lingua. Judaei quoque in omnibus regnis et mundi plagis orant unice antiqua hebraea lingua, sine ulla vel minima etiam alius cujuslibet linguae admixtione. Indi, idololathrae, orant sanscritica lingua, Tibetani - lamaica.

2. Quum, mandante Ministro rei internae, edicto R.-C. Eccl. Collegii die 31 Augusti 1832 anni praescriptum fuisset Locorum Ordinariis, ut festivis et aulicis diebus orationes pro Augustissima Domo proferrentur in ea lingua, qua utuntur parochiani, tunc in ecclesiis Albo-Rossicae regionis orationes ejusmodi proferri coeperant lingua polonica; - idque propterea 1. quod lingua illa, ut supra demonstratum, approbante suprema Ecclesiastica Auctoritate, antiquitus jam introducta fuerit in Ecclesiasticam Liturgiam, et 2. quod maxima parochianorum pars: magnates, scilicet, magistratus et nobiles, utantur lingua polonica; reliquum vero vulgus, etsi loquitur albo-rossica dialecto, quae constat permixtis polonica et rossica linguis, in orando tamen linguam polonicam sibi appropriavit, utpote qua sola illi, perinde ac eorum majores, inde a juventute sua orant, catechesim discunt, psalmos sacrosque hymnos cantant, et conciones audiunt. Unde sequitur praefatam dispositionem ministri nullam continuisse novitatem atque idcirco fuisse statim executioni mandatam.

Verum si in praesentia rerum necessarium est linguam polonicam in iisdem orationibus cum alia lingua permutari, - in ejus locum succedere tantum potest lingua latina, qua orationes pro Dominanti Domo inde a

tempore, quo primum invectae fuerant, proferebantur hic et proferuntur modo in omnibus aliis regnis, ubicumque existunt Romano-Catholicae ecclesiae. Quamvis vero lingua haec a majore parochianorum parte non intelligitur, omnes tamen illi intelligendae sacrae Liturgiae, quae in ea fit, a tenerissimis inde annis assueti sunt. Ut nihil jam dicamus de litteratis, quibus in lingua patria sunt libri, ubi minutissime exponuntur orationes et instructiones, omni publico divino cultui adaptatae; illiteratorum etiam quivis percipit finem et significationem ejusmodi orationum. Propterea enim praevie ex ambone annuntiantur illis instantes solemnes, aulici et festivi dies, invitantur illi ad communiter pro Dominanti Domo orandum, in concionibus exponuntur ipsis officia submissionis et fidelitatis in Caesarem, et etiam inter orandum audiunt ipsi prolata Augustissimarum Personarum nomina, quae, cum sint nomina propria, in nulla lingua mutantur; - profecto itaque norunt illi sensum et argumentum istarum orationum, ideoque versione earum in rossicam linguam non indigent.

3. Denique praeteritorum temporum eventus ostendunt, omnem, utut utilem, in rebus liturgicis novitatem provocasse semper populares murmurationes, quin etiam nonnumquam noxios produxisse effectus. Sic in Ecclesia Occidentali populi nullatenus receperunt psalterium a S. Hieronymo ex hebraeo sermone versum, atque proinde coacta fuit Ecclesia relinquere in Vulgata antiquam psalmorum versionem. - Ita etiam e rossica historia patet, exiguum etiam liturgicorum librorum correctionem, a Moscoviensi Patriarcha Nicone 1654 an. sine ulla quidem mutatione liturgici idiomatis factam, progenuisse in orthodoxa ecclesia plurimas schismaticas sectas, usquemodo existentes.

In actuali negotio prolatio orationum in rossica lingua, hucusque in Romano-Catholicis ecclesiis inaudita et carens proinde approbatione Supremi Ecclesiae Capituli, excitaret in parochianis loco grati animi in Deum et additionis erga Imperatorem, in aliis dubia, in aliis anxietatem circa integritatem Fidei temporumque suorum; quod quidem per se patet. Quod produceret sane funestam animorum agitationem. - Quum interim clerus, fiducia parochianorum destitutus, et praeterea ipse aequae ac laici ministri, cantare illas orationes rossice nesciens, poneretur in difficillimam et durissimam conditionem.

Omnia, quae usquemodo sunt dicta, omnino convincunt, latinam linguam, prout liturgicam, in qua et antea proferebantur orationes pro Imperatore in his regionibus et proferuntur modo in omnibus mundi regionibus, solam tantummodo occupare posse locum polonicae linguae in iis orationibus, quae tum fine suo, tum sensu, tum argumento in quacumque lingua ab omnibus et singulis facile intelliguntur.

Ejusmodi opinionem, quam unanimiter profitetur universus clerus Mohyloviensis Archidioeceseos, Consistorium honori sibi ducit deferre R.-C. Eccl. Collegio, simul adjungens, vulgarem linguam parochianorum apud ecclesias Gucinensis, Režycensis et Dynaburgensis districtuum gubernii Witebscensis esse lethonicam, in caeteris vero districtibus ejusdem et totius Mohyloviensis guberniorum polonicam, exceptis paucissimis e vulgo, qui colloquuntur dyalecto albo-rossica, orta de permixtis polonica et rossica linguis.

(Subscr.) Officialis Praelatus Wasilkowski
Vice-Officialis Praelatus Wróblewski
Assessor Canonicus Godlewski.

*Żytomierz, 5 avril 1869.**Mgr. Gaspar Borowski**à Pie IX.**Concernant le Collège Ecclésiastique à St. Pétersbourg et l'introduction de la langue russe dans le culte catholique.**Texte original.**AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, f. 514.*

Inveteratum malum non facile curatur. Petropolitanum Collegium ab anno 1801 existit. Primitiva ejus constitutio reducebatur ad mediationem inter Regimen et Episcopos, ita ut quasi chirotheca quaedam fuerit, qua manus regiminales operiebantur. Episcopi provinciae Mohiloviensis huic institutioni subdebantur et Curia Romana aperte non reclamabat. Natura hujus Collegii in pejus immutata est, ex quo eidem recenti Regulamine ab Imperatore 10 Maji 1867 anno confirmato arbitrium datur constituendi medium inter Sedem apostolicam et Episcopos, non excepto Metropolitano. Statim utique Episcopi, ne hujusmodi gradus communionem Sedis apostolicae frustrarentur, debebant ex hoc dicasterio deputatos suos revocare. Opportunam ad hoc perficiendum occasionem hactenus expectabam: quia triennale tempus, quo anterior deputatio expirat, vergebat ad finem, nempe ad 27 Aprilis anni 1869. Eo appropinquante dictum Collegium mandato Martii 3. die renovationem electionis per Capitulum et missionem deputatorum, qui in Collegio assiderent, urget. Hic jam steti, et responsum misi, non antea, id quod postulatur, me posse exequi, quam responsum a Sede apostolica accipiam, Collegium ab Eadem Sede acceptum esse ad vinculum cum Sede Romani Pontificis eo mediante tuto servandum, et relationes cum Eo Episcoporum integras mansuras. Istius tenoris litteras ad Beatissimum Patrem scripsi, et quia alia via vetita est, per Collegium misi rogans, ut si quae dabitur responsio Ejus Sanctitatis, authentica mihi communicetur.

Quum vero in orbem notum sit, Suam Sanctitatem ejusmodi collegium reprobasse, discussio mea ab eo pene perfecta est. Feci quod debui et Divinae Providentiae commendavi sortem quondam trium dioecesium: Luceoriensis, Kijoviensis et Kamenecensis. Quid aliarum dioecesium moderatores tum in Imperio tum in Regno Poloniae hac in re praesumserint, ignoro. Utinam unanimis sententia tali modo manifestetur! Sed ubi Episcopi desunt in exilium relegati, et administratores eorum vices gerunt, valde dubitare subit. Ad finem mensis Maji terminus electionis assignatus est. Hostilitas tum in re familiari catholicorum, tum in omni parte exercitii muneris episcopalis in dies crescit: deputati vero in Collegium recusatio augebit periculum nisi interveniat manus Omnipotentis vel qualis qualis compositio Auctoritatum. Si Collegium Petropolitanum rete est, quo omnes catholici in Russia et Polonia ad schisma trahuntur, et gladius, quo communio cum sede Apostolica abscinditur, lingua rossica, quam in Ecclesias introducere conantur, venenum est, quo perimuntur pisces. Aperte obstiti hujusmodi innovationi, quae quidem speciem indifferentem praesefert, attamen fidem et ritum minatur. Admissa siquidem lingua rossica in ritus sacramentales, in supplicationes, in cantica et in praedicationem, amovebitur Vulgata cum versione polonica, intrudetur versio Slavica

facta ex versione alexandrina graeca. Vis sociabitur naturali conclusioni in eo quod ubique Scripturam S. sequitur liturgia et quilibet ritus identicam habet Scripturae versionem cum liturgia Missae. Praetexitur nationalitas polonica a religione catholica separanda propter tranquillitatem et securitatem Imperii: sed in hoc latet fraus tanto ad extinguendam religionem catholicam efficacior, quantum cum majori vehementia obtruditur. Caeterum, si Curia Romana arctatur hac in re aliquid statuendi, necessitas est Episcopos ex Russia Romam evocare ad ineundam cum eis deliberationem: fortassis tali modo potuisset remedium inveniri. Scripsi 1869 a. Aprilis 5 die Zytomiriae.

Gaspar Borowski Episcopus Luceoriensis et Zytomiriensis
necnon Administrator Camenecensis.

DOC. N. 9.

[Żytomierz], 13 août 1868.

*Mgr. Gaspar Borowski
au Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.
Concernant l'introduction de la langue russe dans la liturgie.
Traduction.
AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 244-245, 4.*

Luceoriensis et Zytomiriensis Eppi. 1 Aug. 1868 an. N. 33.

Ex mandato Collegii (ex 31 Januarii currentis anni sub N. 269) et allatis in illo opinionibus circa ea, quae fuerant proposita a Generali Praefecto Septentrionaliter-Occidentalis regionis, de mutandis lingua et orationibus in directorio, - sacro mihi officio duco ostendere, praefata consilia nullo pacto in effectum deduci posse et applicari; idque propter sequentes causas:

Post exitiales Christianitati aequae ac civitati, qui postremis hisce annis acciderunt, eventus, christiana religio undunde labefactata, mores destructi, pietatisque studium extinctum est. - Hinc ipsum tempus exigit, ut instaurentur et foveantur principia, quibus nititur omnis spes meliorem reddendi conditionem quassatae societatis.

Quaevis veteris ordinis mutatio nunc temporis periculosa est; id vero eo vel magis, si de religione agatur. Ecclesiae enim doctrina, orationes, ritusque in persuasionem populi perinde ac in se ipsis debent esse certa, inconcussa. Ob populi consuetudinem, quam in iis omnibus sibi contraxerat, utpote quibus inde ab infantia ipse imbutus est, omnia haec constituunt inviolabilem ejus proprietatem, qua ille privari, quin ipsa destruat fides, nequaquam potest. - Re enim vera quaelibet violenta ejus aggressio primum terret illum, deinde vero ab Ecclesia et clero abalienat, unde necessario sequitur reliquiarum, si quae supersunt, religiosi sensus jactura, adeo desiderata impietati in exequendis anarchicis ejus moliminibus.

Mutatio sermonis, qui ab antiquis inde temporibus adhibetur, quo descripta est doctrina, orationes et cantica tam in manualibus precum, quam in viva parochianorum memoria, quo superstruuntur traditiones fidei pio-

rumque sensuum, repelleret eos a participatione in Liturgia, impediendo quominus possint interesse supplicationibus, psalmis et canticis, - excitaret dissidia et suspiciones de fidei ipsius permutatione, quae usquemodo latina polonaque continebatur lingua, in qua etiam exstat S. Scripturae versio, a S. Sede Apostolica confirmata. - Ejusmodi suspensionem foveant apud nos licentiosae ephemerides, quae sub praetextu exterminii Polonicae nationis, omnibus modis propugnant eversionem religionis Catholicae.

Ob hujusmodi exitiales pro Catholica Fide, palpabilesque sequelas, impossibile, reor, mutari eum, qui usquemodo extitit, ordinem, tam in proferendis orationibus pro Clementissimo nostro Domino Imperatore et Regnanti Domo, quam etiam in aliis orationibus, ritibusque. In mea dioecesi polonica lingua facilius intellectu est hoc sub respectu etiam rusticis catholicis, quam rossica.

Ad haec oratio pro Imperatore et Dominanti Domo in rossica lingua ea praesefert epitheta, religiosae significationis, quae absque ejuratione Romano-Catholicae Fidei nec in Ecclesia proferri, nec in catholicis manualibus precum imprimi possunt.

Oratio « pro Imperatore », quae reperitur in Missali Romano, exclusive praescribitur pro Imperatore Sacri Imperii Romani. Oratio vero « pro Rege » destinata est pro caeteris omnibus principibus; haec non est obnoxia mutationi sine permissione Sedis Apostolicae. Tempus proferendae orationis pro Augustissimo imperatore et Regnanti Domo - post majorem Missam convenientissimum est, quemadmodum fuit hodieusque.

Abbreviata Ecclesiastici Calendarii rossica versio latino originali apponi, et etiam altera pars directorii, saepius civili gubernio necessaria inquisitionis gratia, rossice componi potest.

(Subscr.) Luceoriensis et Zytomiriensis Epps. Borowski.

DOC. N. 10.

Rome, 28 août 1869.

Pie IX

à Mgr. Borowski.

Bref « Moerori », extrait concernant l'introduction de la langue russe.

Minute.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, f. 358-359.

Venerabili Fratri Gaspari Episcopo Luceoriensi
et Zytomiriensi, Administratori Cameneciensi

Zytomiriam

Pius P.P. IX

Ven. Fratri sal. et. ap. Ben.

Moerori, quo premimur ob Ecclesiae Dei catholicorumque calamitates in hisce regionibus, non levi solatio fuere litterae tuae, Ven. Frater. Si quidem prudentia, qua circumspicis insidias fidelium simplicitati structas; constantia, qua, discrimine contempto, religionem tueri conaris; fiducia, qua, proprio functus officio, curas tuas iactas in Deum; studium, quo converteris in perplexis ad hanc Sanctam Sedem, ne ab eius doctrina et pla-

cito quoquo modo abducaris; omnia te difficillimo, quod geris, munere dignum atque parem attendunt. Ceterum tenemus compertam tibi esse encyclicam epistolam a Nobis die 17 Octobris anni 1867 datam ad universos Venerabiles Fratres Nostros cum hac Sancta Sede communionem habentes, qua directe reprobavimus Collegium nuncupatum ecclesiasticum Romano-catholicum; ac censemus ad te pervenisse quoque litterarum exemplum, quas die 5 Ianuarii praeteriti anni, Nobis mandantibus, Dilectus Filius Noster S.R.E. Cardinalis Iacobus Antonelli a publicis Ditionis Nostrae negociis dedit ad Plateae Episcopum, eiusdem Collegii Praesidem, qua exitiosa huiusce institutionis indoles apertius declarata fuit, et Praesidis agendi ratio merita obiurgatione correpta. Quocirca laetamur, te in damnato hoc Collegio perspicere rete, quo ad schisma trahantur catholici, callidamque et efficacem rationem, qua vincula coniunctionis venerabilium Fratrum Nostrorum cum hoc unitatis centro plane dissolvantur; atque idcirco debitis te laudibus prosequimur, quod procuratorem tuum inde revocaveris. Nec Collegio credas asserenti recessisse Nos a sententia Nostra, idque demonstranti per rescripta, quae in eius manus praeter et contra mentem Nostram inciderunt. Nam cum omnem videmus interceptam litteris Nostris viam, ipsas hic tradi curavimus alteri e nostratibus negotiorum gestoribus, qui eas unicuique Episcopo reddi studeret. Verum contigit, ut is, cui iste fidens rem commiserat, non singulis Praesulibus, ad quos spectabant, rescripta miserit, sed fasciculum totum Collegio inscripserit, cui sic ansam praebuit iactandi, Nos acquievisse tandem Imperatoris placito, schismaticamque sui institutionem admisisse. Tu igitur, qui propria doctus experientia nosti, quam difficile, impeditum ac periculosum sit mutuum inter Nos et has regiones epistolarum commercium, cave, ut ab huiusmodi artibus vel irretiaris vel animo deiici sinas; suosque Fratres mone, ne illis se capi patiantur. Dolemus etiam vehementer, novum parari laqueum fidelibus per Slavicam conversionem sacrorum biblicorum, quae probatae Polonicae interpretationi sufficiens fertur; unde non modo vitietur nativa divini verbi indoles, sed liturgia simul, ipsi arctissime juncta, corrumpatur. Nihil equidem de altero hoc subdolo coepto perlatum hactenus ad Nos fuerat; verum adeo sapienter de ejus gravitate te iudicasse censemus, et tantum in ipso discrimen agnoscimus, ut, si quidquam hac in re sit agendum, nihil omnino decernere statuerimus, nisi prius exquisita tua tuorumque Venerabilium Fratrum sententia, qui vim et indolem utriusque operis nostis et consecraria inde fluentia ceteris omnibus clarius perspicere valetis. Quod vero te spectat cum intelligamus, nequivisse te Sanctae huius Sedis veniam implorare ad ea matrimonia concilianda, quae canonicis impediuntur sanctionibus, auctoritate Nostra quae iunxisti sanavimus et praeterea eas tibi largiti sumus facultates, quas aliis concessimus Poloniae Praesulibus, uti ex incluso rescripto perspectum habebis. Pugna fervet, Venerabilis Frater: decerta itaque sicut bonus miles Christi, confortare et esto robustus, nihilque eorum timeas quae passurus es; nam Deus, cui fidelis fueris usque ad mortem, dabit tibi coronam vitae. Nos Eum rogamus, ut necessarias vires copiosamque gratiam tibi suppeditet; eiusque auspicem et praecipuae Nostrae benevolentiae pignus tibi commissisque tuae curae dioecesis Benedictionem Apostolicam peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 28 Augusti 1869
Pont. Nostri Anno XXIV.

*St. Pétersbourg, 5/17 décembre 1869.**Thomas Zóttek O.P.**au Père Vincent Jandel.**Sur l'état de l'Eglise catholique dans l'Empire russe.**Texte original.**AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, ff. 367-367 c.*

In omni tribulatione et angustia
subveniat nobis Virgo Maria.

Reverendissime Pater!

Neminem certe latet, quam tristis ac luctuosa sit Catholicorum in Imperio Rossiaco conditio, quamque atrocia et inhumana a Regimine in dies adhibeantur media ad Ecclesiam Catholicam penitus subvertendam ac fideles ad funestissimum pertrahendos schisma. Tres Dioeceses violenter suppressae [Camenecensis, Podlachiensis et Minscensis], duae mox suppressendae [Plocensis et Augustoviensis]. Episcopi partim, sedibus suppressis, inutiles redditus [Fiałkowski et Woytkiewicz], partim in exilium missi [Feliński, Krasiński, Rzewuski, Kaliński, Popiel et Łubieński], eorumque in locum, titulo administratorum, contra omne fas ecclesiasticum intrusi homines, non quae Christi, sed quae sua sunt quaerentes, ad omnia quaeque, Catholicae Religioni inimica Regiminis mandata, recipienda exequendaque paratissimi, magna pars aperti simoniaci ac pessima apud populum fama.

Seminaria Episcopalia, quae supersunt, inde jam a septem annis omnino vacua, neminem recipere, et eos alumnorum, qui peracto studiorum cursu ad ordines SS adspirant, hucusque ordinare prohibitum. Monasteria, ni paucissima quaedam in miserrimum conjecta statum excipiantur, suppressa. Innumerae parochiales Catholicorum Ecclesiae, pars in schismaticas conversae, pars solo aequatae; filiales vero, publica Oratoria et Capellae omnes, absque exceptione ulla, suppressa. Plura Sacerdotum Catholicorum centena in exilium missi, multi in vacua monasteria: Vilnae, Grodnae et alibi coacti, in summa rerum omnium egestate marcent. Ad quinquaginta Catholicorum millia fraude, verberibus ac inedia, praecipue in dioecesibus Vlnensi et Minscensi, ad schisma compulsi. Multi sacerdotum, qui ob pessimos mores suspensi aut tanquam incorrigibiles et infames ad perpetuam in monasteriis poenitentiam ab Episcopis damnati erant, nunc a Gubernio extracti, et insignioribus quibusque parochiis impositi, vita scandalosa ac plane infami gemitus lacrimasque Catholicis exprimunt. Jure Canonico omnibusque ecclesiasticis regulis proculcatis, Ecclesiae administratio arbitrio ac furori praefectorum militarium permissa, hinc beneficia ac ipsae etiam dignitates ecclesiasticae, per summum nefas, palam ab officialibus Gubernii plus offerentibus venduntur. Magna parte cleri in exilium acta aut monasteriis inclusa, innumerae parochiae a sacerdotibus, ob senectutem infirmis, aut ob mores corruptos inhabilibus administrantur; plures nullum sacerdotem habent, quandoque unus idemque sacerdos duas aut tres parochias, multa Catholicorum millia numerantes, magnisque inter se dissitas spatiis, ubi olim quinque vel sex presbyteri vix sufficiebant, nunc solus administrandas habet. Multae cultus divini externi partes omnino abactae sunt: uti processiones, non solum extra, verum

etiam intra Ecclesiarum parietes, devotiones Mensis Maji, quadraginta horarum, Cantatio SS. Rosarii et Horarum Immaculatae Virginis Mariae, quod in omnibus ecclesiis, diebus dominicis et festivis fiebat, multumque ad fovendam pietatem conferebat. Omnes confraternitates ac pia Sodalitia abrogata, ac sub interminatione gravissimarum poenarum, ne quis in posterum his nomen daret, interdictum, cum ineffabili populi dolore. Sacerdotibus non solum praedicare, confessionesque excipere, sed immo vero missam in aliena Ecclesia dicere, absolute prohibitum; item parochianos alienos in suam Ecclesiam admittere. Cathechismi explicatio ad Capitalia pertinet, ac praeter recitationem diebus dominicis, ex approbato a Gubernio libro, homiliae ac celebrationem missae, omnis reliqua populi instructio ac devotiones severe interdicta. Tristissimum est autem, quod Episcopi et ipsi etiam Administratores a Gubernio dati, qualescunque sint, nullam prorsus, in refrenanda malorum sacerdotum licentia, auctoritatem habent, qui, officialium civilium amicitia ac patrocinio tuti, non modo ipsi, omni exuto pudore, nullum suae libidini limitem ponunt, verum etiam honestos servos Christi, implacabili prosequentes odio, denuntiationibus accusationibusque suis, in extrema quaeque adducunt discrimina, ita, ut hodie nulla bonis securitas, et tanto quis tutior, quanto corruptior insolentiorque, in conculcanda Ecclesiae disciplina existit.

At, hucusque relata, utcunque atrocia ac luctuosa sint, tolerabilia tamen adhuc videbantur: tum assuetudine malorum, in quibus nati sumus, tum quia nimis longa doloris duratio, sensus quodammodo animi nostri obtunderat, tum demum, quia ipsa violentia ac intensio mali, modum aliquando futurum, sperare cogebat. Verum hodie clare jam perspicimus, fidei nostrae hostes, non contentos martyrio, ultimum nobis exitium parare, idque per sic dictam russificationem, cui Gubernium ecclesiam nostram subicere decrevit. Ut plene intelligatur, non vana a nobis timeri, rem hanc paucis perstringamus.

Gubernium Russicum, rationibus politicis ductum, ut unitatem nationalem religiosamque imperii procuraret, systema russificationis excogitavit, quod in eo consistit, ut non solum, quemadmodum hucusque, ex scholis et publicis relationibus, sed etiam ex ecclesiis et religiosa populi instructione, linguae populares eliminarentur, ac in earum locum moscovitica substitueretur. Primi, ut fit, a Regimine Poloni adoriuntur. Cum enim omnes Catholici, originis Slavicae, antiquas regni Poloniae provincias incolentes [Gouvernements de Vitebsk, de Mohylev, de Vilna, de Minsk, de Grodno, de Kiev, de Volhynie et Podolie], linguam polonicam pro religiosa habent, eam loquuntur, amant, omnes suos, ad religionem ac pietatem spectantes, libros in ea conscriptos habent, eamque veluti Palladium quoddam, contra continuos schismatis assultus, considerant, - hinc facillimum intellectu, cur schismaticum Gubernium, exstirpationi catholicae religionis inhians, praecipuo hanc linguam prosequatur odio, eamque, veluti ultima arma, e manibus Catholicorum eripere velit. Ne tamen ipsa haec moscovitica lingua, quam nobis hodie violenter obtrudunt, progressu temporis, in manibus catholicorum sacerdotum efficax medium ad schisma ipsum aggrediendum, in iis praesertim Imperii partibus, ubi ea passim loquitur, efficeretur, - Gubernium, liberum ejus usum, in precibus ac religiosa populi instructione, minime permittit, sed solum intra limites a se praefinitos, ita, ut omnia mala ac perniciosissimae hujusce subitae rei ecclesiasticae perturbationis sequelae mox sentirentur, perdurarentque, commoda vero ulla, ne in remotissima quidem posteritate sperari possent. Violenta haec

linguae polonicae proscriptio ac introductio moscoviticae jam in Consilio Imperiali decreta, quamvis decretum ipsum nondum promulgatum est.

Jam vero ex hac, veri nominis, revolutione ecclesiastica, quae nobis imminet, innumera gravissimaque mala, ac immensum salutis animarum dispendium, certissime secutura, nemo non videt. Primo quidem, gubernium civile tantam rem, tam proxime ecclesiam salutemque animarum spectantem, adeoque jurisdictionis ecclesiasticae, solum Ecclesia inconsulta vel contempta, aggrediens, decernensque, pro lubitu, qua lingua, a quibus, quomodo, quibus ex libris verbum Dei annunciari, Sacramenta administrari, precesque publicae a catholicis fundi debeant, videtur nos jam in apertum schisma protrudere velle. Hinc sacerdotes catholici, deficientibus Episcopis, Regimini hac in re morem gerentes, hoc ipso facto suo, jurisdictionem ecclesiasticam in rebus ecclesiasticis contempsisse ejurassequae censebuntur, ac regimini schismatico latissimam patefacient viam, ad ultima quaeque audenda. Porro, lingua moscovitica, hucusque soli schismatici propria sacraque, catholicis maxime suspecta est et odiosa, ac universim consideratur uti praenuntia schismatis certo sequuturi; a qua vulgi opinione et anxietate, ne ipsi sacerdotes quoque immunes sunt. Itaque contemptus Verbi divini, Sacramentorum, ac ipsorum Sacerdotum, fuga Ecclesiarum, neglectio orationis ac reliquorum pietatis operum, ut immediati ac durabiles, hujusce linguae commutationis, effectus, certissime praevidentur. Hujus rei specimen habemus jam in quibusdam parochiis, ubi parochi nequam, ad evitanda criminalia, quae iis imminuebant, judicia, sub infallibilem linguae russicae tutelam confugerunt, ac preces pro imperiali domo, supplicationesque russice recitare coeperunt. Hoc facto suo, in tantam indignationem exasperationemque populum conjecerunt, ut, cum ploratu, imprecationibusque illico Ecclesiam deseruerit, et nunc nonnisi ope politiae et cosacorum ad eam frequentandam adigitur. Praeterea, moscovitica, quae nobis imponitur, lingua, scitur nonnisi ab iis paucis catholicorum, qui scholas frequentarunt; populus vero universus, vel parum vel omnino eam non capit: ipsorum etiam sacerdotum pars magna, praesertim seniores, vix quaedam intelligunt. - Cum nulla SS. Bibliorum Vulgatae editionis in moscoviticum idioma translatio exstet, idque Gubernio a Vilenensi Administratore oppositum esset, responsum est, exstare Biblia slavica, a Sede Apostolica pro Rutenis-unitis olim approbata, eaque, post reimpresionem, Catholicis Sacerdotibus, mittenda fore. At, versio haec, praeterquam quod ad septuaginta Interpretes facta, qua uti nobis, ex Tridentino, non licet, - insuper, vetus slavicum idioma exhibens, ac slavicis characteribus impressa, non solum intelligi, sed ne legi quidem a quopiam Catholicorum Sacerdotum potest. Denique, quod maxime deplorandum est, lingua russica in Ecclesiam nostram recepta, omni libertate Catholicos Sacerdotes praedicandi Verbum Dei, administrandi Sacramenta, promovendi nutriendique pietatem in populo privabit, ac intolerabili Regiminis civilis jugo et tyrannidi subdet nos, intra ipsas Ecclesias. Cum enim Gubernium maxime pertimescat, ne catholici Sacerdotes praedicationibus, devotionibus, cultus externi pompa, sparsisque intra populum de religione ac pietate tractantibus libellis, ipsos schismaticos, progressu temporis « seducant subvertantque » -, hinc Regimen, in pastoralis de salute ovium suarum sollicitudine, mox in limine, varia decrevit media, ad « refraenandam Catholicorum sacerdotum audaciam », ac « spiritum proselytismi » penitus extinguendum, perquam efficacia. Primum medium in eo consistit, ut sacerdotes Catholici in suis Ecclesiis nihil agant, nisi quod a Gubernio approbatum permissumque fuerit, ut politia indesinenter vigilaret super eorum dicta

factaque. Secundum medium est proscriptio omnium veterum, a Synodis Provincialibus praescriptorum, ecclesiasticorum librorum; uti Ritualium, Cantionalium etc. utque sacerdotes in posterum, nonnisi libris a Gubernio expurgatis, approbatis ac editis, uterentur: ubi moscoviticum idioma polonico ubique substitutum, et quae superflua aut noxia videbantur, abacta. Medium tertium est ademptio Catholicis sacerdotibus facultatis libere praedicandi Verbum Dei. Hunc in finem duo libri a Gubernio in moscoviticum idioma translati, expurgati et praescripti sunt [liber Homiliarum pro Dominicis et Sermonum pro festis diebus], quibus solis nonnisi, ceu unico catholicae instructionis fonte, sacerdotibus exinde uti licebit. Politiae erit vigilare, ne sacerdotes aut proprios sermones proferant, aut a Regimine designatos mutent, vel minus accurate recitent. Quantum medium est translatio et editio Catechismi catholici per gubernium facta: ultra quem, reliqua omnia catechetica opera, simulac publica Catechismi explicatio in ecclesiis severe interdicerentur. - Quintum denique medium est interdictio ac omnimoda proscriptio omnium librorum precum, aliorumque de religione ac pietate tractantium, polonico sermone exaratorum, qui numerosissimi sunt, et in manibus populi passim inveniuntur. In horum omnium locum sufficitur a Gubernio liber precum, moscovitico idiomate compilatus. Superfluum est dicere, unico hoc precatorio libro in manus populi tradito, caeteros omnes passim conquirendos comburendosque fore, ac praeter enumeratos, a Gubernio editos libros, nullos alios, catholicis sacerdotibus, etiam moscovitico sermone conscribendi, imprimendique, facultatem futuram. En quaedam principaliora media, quibus Gubernium uti decrevit, ut injuncta Catholicis lingua moscovitica, periculum « subversionis » a suis averteret, nostrum vero exitium praecipitaret! Pro confectione horum, qui Catholicis destinantur, religiosorum librorum, in lingua moscovitica, instituta est Vilnae numerosa ex sacerdotibus et laicis schismaticis, societas, seu Congregatio [Comité], quibus titulo secretarii, adjunctus est apostata sacerdos Catholicus, qui, ut fit, infensissimus Ecclesiae, quam deseruit, hostis est, et cujus auctoritas in hoc negotio est maxima. Ut autem libris his, tanto originali vitio unitatis, quamdam auctoritatis Ecclesiasticae larvam imponat, Gubernium eos approbare facit, jam ab Episcopo Staniewski, jam ab Administratore Vilnensi Petro Zylinski, viris, qui nihil Gubernio recusandum habent, et a Catholicis jam dudum pro schismaticis habentur.

Talibus ac tantis malis imminentibus, Sacerdotes, praesertim Archidiecesis Mohyloviensis ac Dioecesium: Vilnensis et Minscensis, quae legitimis pastoribus orbae sunt, ad Tuam benevolam, Reverendissime Pater, recurrunt mediationem, enixe obtestantes, ut digneris Beatissimo Patri nostro, prima commoda occasione praesentes litteras exhibere, Ejusque suprema Apostolica responsa, ad subjectas quaestiones exorare. Nos equidem, pro modulo virium nostrarum, Dei praesertim adjuvante gratia, ultimum exitum Ecclesiae nostrae imminere cernentes, omni modo resistere et extrema quoque ipsa pati, exemplo tot pastorum, fratrumque nostrorum, paratissimi sumus. Ut tamen ipsa haec resistentia nostra unanimior, fortior solatioque sit plenior, opus habemus, ut adorabilis Voluntas Dei, per infallibile Organum suum plenius nobis patescat, viam nostram sanctificet, nosque benedicat.

Quaeritur itaque:

1.) Possumus - ne, juxta supra expositas condiciones et circumstantias, in linguam russicam, in Ecclesias nostras introducendam, pro se qui-

libet, consentire, ac iniciativam civilis Gubernii, hac in re, facto nostro, agnoscere?

2.) Possumus - ne in Biblia Slavica, aut quaecunque alia, juxta Septuaginta Interpretes, adornata, consentire?

3.) Possumus - ne libros Ecclesiae rituales; a synodis provincialibus praescriptos, rejicere, ac novos a Gubernio editos, et licet non in essentialibus, mutatos tamen recipere?

4.) licet - ne nobis homilias et sermones a Gubernio nobis destinatas, ut iis, ceu unico fonte Catholicae doctrinae in populo instruendo, uteremur, recipere?

5.) Possumus - ne demum pati, ut populo a Gubernio obtrudatur liber, caeteros omnes libros pios excludens?

Provolutus ad Pedes Reverendissimi Patris, in obsequio meo filiali, Suam paternam Benedictionem imploro.

humillimus filius Fr. Thomas Zótek O.P.

1869. Decembris 5/17 die

Petropoli

Reverendissimo Patri Magistro Generali Ord. Praedicator.

Vincentio Jandel. Romae

P.S. Decisiones ad supra expositas Quaestiones, digneris, Reverendissime Pater, transmittere per viam notam, scilicet per patres Conventus Düsseldorfensis.

DOC. N. 12.

Rome, (1870).

*Employé anonyme de la Secrétairerie d'Etat
à l'usage de la Curie.*

*Résumé de la lettre du Père Zótek du 5/17 décembre 1869 - concernant
l'introduction de la langue russe dans le culte catholique.*

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, ff. 366-366 d.

Lettera del P. Zótek sulla lingua russa nel Culto Cattolico
1869

Il P. Zótek Domenicano di Pietroburgo ha indirizzato li 5 Dicembre 1869, una lettera al R.^{mo} P. Jandel Generale dei Domenicani in cui fa un quadro nerissimo della Chiesa sotto il Dominio Russo; e dopo una lunga enumerazione dei mezzi di persecuzione impiegati dal Governo per distruggere la Chiesa di queste parti, parla dell'ultimo colpo che questo Governo gli prepara, volendo sostituire alla lingua del paese la lingua russa per i libri liturgici e il rituale non chè per la predicazione evangelica. Dicendo che questa nuova persecuzione religiosa tiene in grave perplessità l'animo della parte del clero che vuole rimanere fedele alla Religione Cattolica, sottopone alla Suprema decisione della S. Sede i seguenti quesiti:

1^o Possumus - ne, iuxta supra expositas conditiones et circumstantias, in linguam russicam in Ecclesias nostras introducendam, pro se quilibet consentire ac iniciativam Civilis Gubernii hac in re facto nostro agnoscere?

2^o Possumus - ne in Biblia Slavica, aut quaecunque alia iuxta Septuaginta Interpretes adornata, consentire?

3^o Possumus - ne libros Ecclesiae Rituales, a Synodis Provincialibus praescriptos rejicere ac novos a Gubernio edictos, et licet non in essentialibus mutatos, tamen recipere?

4^o Licet - ne nobis Homilias et Sermones a Gubernio nobis destinatos, ut iis, ceu unico fonte catholicae doctrinae in populo instruendo, uteremur, recipere?

5^o Possumus - ne demum pati, ut populo a Gubernio obtrudatur liber, caeteros omnes libros pios excludens?

Prima però di aver così formulato i quesiti suddetti che il P. Zoltek fa a nome del Clero di costà, egli fa osservare che l'introduzione della lingua russa per il servizio della Chiesa produrrebbe il pessimo effetto sugli animi delle popolazioni, di allontanarli dalle frequentazioni della Chiesa e dalla religione in genere, imperochè, quantunque si tratti nella lettera del P. Zoltek delle Diocesi dell'Impero Russo ¹⁾, esse tutte sono provincie polacche, annesse all'Impero Russo in virtù del 1^o spartimento della Polonia.

Quindi è che le popolazioni cattoliche di queste parti non parlano affatto la lingua russa, ad eccezione degli impiegati governativi o di quei pochi che si trovano in qualche contatto immediato col Governo.

Non sarà finalmente inutile di qui notare, che nell'archivio esiste una lettera di Mgr. V.vo di Zytomir al S. Padre (del 5 Apr. 1869) in cui il Prelato annunzia di non aversi voluto prestare agli ordini del governo nell'affare di cui tratta la lettera del P. Zoltek, per ragione dei pericoli ai quali il sottomettersi sottoporrebbe la Chiesa; e quindi supplica il S. Padre di non decidere niente in quest'affare senza aver fatto venire in Roma i Vescovi delle Sud^{te} Diocesi.

DOC. N. 13.

s.l., s.d.

Auteur inconnu (P. Kapnist?)

à l'usage de la Curie.

Résumé des décisions du « Comité Spécial » russe concernant l'emploi de la langue russe dans les cultes non orthodoxes.

Texte français.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol. XXI, p. 1re, ff. 247-248.

Impr.: Martynov, La langue russe: pp. 36-37

Dans un Comité spécial convoqué le 16 décembre 1869 d'ordre de l'Empereur pour discuter la question de l'admission de l'emploi de la langue russe pour les cultes non-orthodoxes les conclusions suivantes furent adoptées à l'unanimité:

1 — Abroger la défense faite en 1848 d'employer la langue russe pour les cultes non-orthodoxes.

1) Diocesi dell'antica Polonia annesse col 1^o spartimento di quel Regno all'Impero Russo.

1^o Mohilew

2^o Kamieniec (soppressa arbitrariamente due anni fa)

3^o Luceoria-Zytomir

4^o Wilna

5^o Mińsk (soppressa egualmente l'anno scorso)

6^o Samogizia

2 — Ne pas faire toutefois l'emploi du russe obligatoire.

3 — En ce qui concerne particulièrement le culte catholique ne faire aucune modification quant à l'emploi du latin reconnu par l'Eglise catholique comme langue liturgique et n'admettre le russe que dans la même mesure que dans laquelle sont admises toutes les autres langues modernes.

4 — Du moment où il serait permis d'imprimer des livres ecclésiastiques catholiques en russe, - de soustraire ces livres à la censure générale de tous les livres concernant la religion c.à.d. à la censure du S. Synode et prendre les mesures opportunes pour que les livres en question soient censurés par des autorités compétentes.

5 — Attendu que la défense d'employer la langue russe pour les cultes non-orthodoxes avait été faite en 1848 par voie administrative, d'user de la même voie pour lever cette défense et de charger le Ministre de l'Intérieur de l'exécution de cette mesure en veillant à ce qu'elle ait son application selon les exigences et les conditions locales.

Ces conclusion reçurent la sanction Impériale le 25 Décembre 1869 (6 janvier 1870).

A la suite de cette décision le Ministre de l'Intérieur adressa la circulaire, ci-jointe, en date du 31 janvier 1870 aux Gouverneurs Généraux de Vilno et de Kiew et aux Gouverneurs de Witebsk c.à.d. aux Chefs des provinces de l'Empire qui ont des diocèses catholiques.

Il appert [apparaît] clairement des décisions du Comité, aussi bien que de la circulaire susmentionnée, que le Gouvernement russe n'a jamais posé la question de l'emploi de la langue russe pour le culte catholique autrement que sur le terrain du facultatif.

DOC. N. 14.

Rome, (1870).

Pierre Kapnist

à la Secrétairerie d'Etat.

Envoia un Résumé des conclusions adoptées par un Comité spécial à St. Pétersbourg le 16/28 décembre 1869 (v. doc. N. 13).

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 247.

DOC. N. 15.

s.l., 25 déc. 1869/6 janv. 1870.

Alexandre II

à ses sujets.

Ukase concernant l'emploi de la langue russe dans les Eglises non orthodoxes.

Traduction, fragment.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, partie 2me, f. 363 et suivantes

Résolution impériale du 25 Déc. 1869

Dans sa sollicitude paternelle pour ses fidèles sujets sans distinction de croyance religieuse, l'Empereur désire, que ceux d'entre eux, dont la

langue maternelle est la langue russe, dans l'un ou l'autre de ses dialectes, ne soient pas privés du droit de s'en servir dans leurs affaires religieuses, et daigne gracieusement leur permettre l'emploi de la langue russe dans les affaires religieuses des différentes confessions: il n'est pas nécessaire d'ajouter, qu'en appliquant cette mesure au service divin de l'Eglise catholique romaine, la langue latine restera toujours sa langue liturgique, conformément aux statuts de l'église; la mesure en question ne se rapporte qu'au service divin additionnel ou bien aux fonctions dans lesquelles au lieu du latin on emploie déjà d'autres langues et dialectes, tels que le français, l'allemand, le polonais etc.

DOC. N. 16.

Rome, 29 janvier 1870.

C. Guardì (Vicaire Général des P.P. Camilliens, Consulteur de la Congrégation des Aff. Eccl. Extr.)

à Mgr. Marini.

Vote concernant les questions du P. Żółtek, relatives à la langue russe. Texte original.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, ff. 368.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Per dare evasione al prezioso sebbene grandissimo incarico da V.S. Ill.ma impostomi con venerato dispaccio dei 7 Apr. di esaminare cioè, e quindi emettere il mio qualunqueiasi parere sopra taluni quesiti proposti alla S. Sede dal P. Żółtek Domenicano di Pietroburgo con una lunghissima lettera diretta al suo Generale, mi sono dato tutta la premura di ponderarli, e farci sopra alcune poche riflessioni che di buon grado sottometto al superiore giudizio di codesta S. Congregazione. Premetto però che attesa la mancanza del tempo necessario per poter studiare pacatamente la proposta materia a motivo delle continue Congregazioni Conciliari alle quali devo assistere, e di altre incombenze da cui sono sopraffatto non ho potuto adoperare quello Studio che pur sarebbe stato necessario per la gravità della causa. Quindi è che con tutta semplicità e brevità accennerò quei pochi Passi che mi sono venuti in mente nel leggere, e considerare la precisata lettera, e quindi esporrò succintamente il mio debolissimo parere sopra i proposti quesiti.

Premessa una lunga, e dettagliata descrizione dei mali gravissimi sotto cui geme la Chiesa Cattolica in quella parte della Polonia che trovasi disgraziatamente soggetta alla Russia posta ad essere = « ultimum propemodum exitium imminere quia Gubernium Russicum ut unitatem nationalis religionis imperii procuraret, sistema russificationis excogitavit quod in eo consistit quod non solum quemadmodum huc usque, ex scholis, et ex publicis relationibus, sed etiam ex Ecclesia, et religiosa populorum instructione linguae populares eliminarentur, atque earum loco moschovitica substitueretur et primum, ut fit, e regione Polonica adoriuntur... hinc Gubernium civile... secernens pro lubito qua lingua, a quibus, quomodo, quibus ex libris verbum Dei annuntiari, Sacramenta administrari, praesque publicae a Catholicis fundi debeant, videtur iam in aperto schis-

« mate protendere velle etc. etc. » Esposte quindi le conseguenze gravissime che sarebbero indubitatamente per provenire se si realizzasse questo iniquo progetto, propone i seguenti quesiti onde avere una norma sicura per potersi praticamente regolare nell'attuazione del proposto Decreto.

1^o « Possumusne iuxta supra expositas conditiones et circumstantias, « in linguam russicam in Ecclesiis nostris introducendam pro se quilibet « consentire ac iniciativam civilis Gubernii hac in re facto nostro agnos- « cere?

2^o « Possumusne in Biblia Slavica aut quaecumque alia iuxta 70 Inter- « pretes adornata consentire?

3^o « Possumusne libros Ecclesiae rituales a Synodis Provincialibus « prescriptos rejicere, ac novos a Gubernio editos et, licet non in essentia- « libus, mutatos tamen recipere?

4^o « Licetne nobis homilias, et sermones a Gubernio nobis destinatos, « ut iis ceu unico fonte catholicae doctrinae in populo instruendo uteremur, « recipere?

5^o « Possumusne pati ut Popolo a Gubernio obtradatur liber, externos « omnes libros pios excludens?

Ardua in vero e spinosa oltre modo da per sè apparisce la soluzione dei proposti quesiti, e tale certamente da ingerire le più gravi difficoltà anche ad uno dei più periti Teologi, giacchè se per una parte alla semplice lettura dei medesimi si vede a colpo d'occhio l'impossibilità di dare una risposta affermativa, si vede per l'altra il grande male che potrebbe sovrastare a quella disgraziatissima porzione del gregge di Gesù Cristo con un maggiore accrescimento di più fiera, ed ostinata persecuzione. Ma e che perciò? Potrà forse per tale riguardo la S. Sede permettere o almeno tollerare ciò che per ogni titolo è illecito, e sotto ogni rapporto riprovevole? Non è questa la prima volta in cui quei poveri cattolici si trovano sotto il peso della persecuzione, e di fronte alle più inique esigenze di quel scismatico e veramente persecutor Governo, e sebbene la S. Sede abbia più volte solennemente reclamato quantunque generalmente, senza alcun pro, ed abbia deplorato nelle forme le più esplicite lo stato compassionevole dell'infelice Polonia, ciò non ostante ora non ha potuto discendere ad ulteriori concessioni, o almeno ad una paziente tolleranza, è stata sempre forte e si è contentata di esortare con tutta l'affezione del Paterno suo cuore quei disgraziati ma insieme carissimi suoi figli a soffrire piuttosto qualunque disgrazia che macchiare la fede cattolica, e la religione santissima dei padri loro. Nè credo che possa farsi, o dirsi altrimenti nel caso presente. E' inutile che io m'intrattenga a esaminare i singoli quesiti partitamente, giacchè tutti sono insieme compenetrati, tutti nascono da un medesimo principio, tutti sono effetti di una medesima causa: principio e causa del tutto riprovevole, inammissibile come facilmente può dimostrarsi con ragioni intrinseche ed estrinseche. Ed in quanto alle ragioni intrinseche, chi non sa che alla sola solissima potestà della Chiesa si appartiene il dichiarare l'autenticità di una Versione della S. Scrittura (Conc. Trident. Sessio IV de Electione, et Usu Sacrorum Librorum), la lingua e la liturgia da osservarsi nella celebrazione delle S. Messe, i sacri riti e cerimonie nell'amministrazione dei Sacramenti, il modo di predicare, la divina parola ec. ec.? Ora tutto questo vuolsi determinare, e stabilire dal Potere laico solo, ma ben'anche Scismatico ed in conformità dei principi, delle massime, degli usi, e degli errori del predominante Scisma. Chi pertanto vede come tutto questo intacca propriamente l'intera essenziale Costitu-

zione della Chiesa, e direttamente si oppone, anzi distrugge quell'esclusiva potestà, e diritto che ha dal suo divin Fondatore ottenuto per ben governare, dirigere ed ammaestrare i fedeli sia in riguardo dei Sacramenti, sia in riguardo della predicazione non che dei riti, delle ceremonie, delle pubbliche preci ec. ec.? Alla chiesa soltanto come Maestra infallibile di verità si appartiene non solo ammaestrare i fedeli nelle Cose di Fede, ma ben anche in quelle della moralità, e disciplinare onde rimuovere da essi ogni pericolo di errore, di falsità, e di superstizione.

Confesso che se si volesse dare un rigoroso e perfetto giudizio sopra i singoli esposti quesiti sarebbe non solo utile ma ben'anche necessario di avere in mano tanto la Versione della S. Scrittura, quanto i libri rituali, e predicabili che dagli Scismatici si vorrebbero obbligare i Cattolici ad adottare; ma però sia per la provenienza di questi libri più che sospetta, sia per lo scopo cui si vorrebbero prescrivere, sia perchè già si sa per certo che contengono delle mutazioni tanto nella versione, quanto nei riti, credo almeno per ora inutile di richiederli onde istituirvi sopra un lungo e diligente esame che alla fin fine non potrebbe recare un gran vantaggio. Mi basti, almeno per ora, ricordare la Condanna attribuita dalla Sa.me. di Pio VI nella celebre Bolla « *Autorem fidei* » alla Proposizione 66^a del sinodo Pistoiese che cioè *intellecta de usu vulgaris linguae in liturgicas preces introducendae falsa, temeraria, ordinis pro mysteriorum celebratione praescripti putatur plurium malorum facile productrix*: la quale qualifica quadra a pennello per l'introduzione che vuol farsi della lingua russa in tutti gli atti sacri, e religiosi della Chiesa Cattolica, e principalmente perchè sarebbe produttiva di gravissimi mali.

E qui per non ripetere tutti quei mali che trovansi già descritti nella lettera del P. Zoltek, ricorderò soltanto come nel 1839 questo si fu il principal mezzo adoperato dal Governo russo per condurre allo scisma parecchi milioni di Cattolici Ruteni come in realtà avvenne con sommo dolore della S. Sede, e di tutta la Cattolicità come appunto dichiarò con gravi parole la Sa.me. di Gregorio XVI in una Allocuzione Concistoriale dei 22 Novembre del d.^o Anno (Vedi l'Esposizione corredata di documenti riguardanti i gravi mali che affliggono la Chiesa c. pubblicati in Roma nel 1842) in cui fra le altre cose si dice apertamente che « *Ea autem fuit iniqui ipsorum consilii ratio ut inductis primum fraudolenter in Sacri celebratione libris, quos a Graeco-Russis receperant, omnem propemodum divini cultus peragendi formam ad horum usum retraherent quo nempe ignara plebs ex rituum similitudine saepius invalescente in schisma vel invita traduceretur* ». Vi è ora la sola differenza che quello che in altera, come dicesi nell'Allocuzione, facevasi fraudolenter, al presente vuol farsi con la più solenne pubblicità; ma se fu allora riprovato un tale mezzo, e riconosciuto come causa della defezione dalla fede cattolica, molto più per le medesime ragioni, e per altre, ancora più gravi, dovrà riprovarsi al presente. Ed una tale conclusione, vi è meglio, rimarrà dimostrata dai seguenti importanti riflessi. E' indubitato secondo la dottrina di tutti i Teologi ed in specie di Benedetto XIV (*De Synodo Dioces.*) che fra le altre condizioni richieste onde la S. Sede possa tollerare una qualche pratica, rito, e osservanza in materia di culto e di religione, debbasi prima di tutto esser certi che non v'intervenga alcun disprezzo della religione medesima, e che non ne risulti alcun motivo discordial ai fedeli, mentre sia nell'uno che nell'altro caso, quantunque di loro natura indifferenti, diverrebbero cattivi e riprovevoli per diritto divino e naturale.

Ora nel nostro caso c'è apertamente non solo un disprezzo formale della religione, ma ben'anche l'annientamento, e la distruzione della medesima, giacchè vuolsi dal Governo con tal mezzo fare apostatare dalla fede cattolica, e scismatizzare l'intera Polonia. Che poi grandissimo sarebbe lo scandalo che ne deriverebbe a quei buoni Cattolici chiaro apparisce da quanto espone lo stesso P. Zoltek, il quale dopo aver accennato che dalla proposta e illecita Russificazione ne avverrebbe per parte del Popolo Polacco: « contemptus verbi divini, Sacramentorum ac ipsorum Sacerdotum, fuga Ecclesiarum, neglectio orationis ac reliquorum pietatis operum, conferma tutto ciò con un esempio pratico soggiungendo: "huius rei specimen habemus jam in quibusdam Parochiis ubi Parochi nequam, ad evitanda criminalia quae iis imminebant judicia, sub infallibilem linguam guae russicae tutelam confugerunt, ac preces pro imperiali domo, supplicationesque russice recitare coeperunt. Hoc facto suo in tantam indignationem exasperationemque populum conjecerunt ut cum planctu imprecationibusque illam Ecclesiam deseruerunt». E notisi che non si trattava già che codesti Parrochi cambiato avessero la liturgia nell'amministrazione dei Sacramenti, nella Messa, ec., ma soltanto di fare delle pubbliche preghiere in lingua russa per la famiglia imperiale. Cosa non sarebbe pertanto se accadesse una metamorfosi universale in tutta la lingua come pur si pretenderebbe? Intervenendovi adunque e il disprezzo formale della Religione per parte del Governo, e lo scandalo gravissimo per parte dei fedeli, non potrà giammai un tale inconveniente tollerarsi dalla S. Sede.

Nè si risponderà, è vero, che non tollerandosi ne avverranno mali immensi a quella già tanto disgraziata popolazione, e rimarrà esposta alla confisca, alle carceri, all'esilio ec. ma io rispondo in primo luogo non esser questa la prima volta che la Chiesa, e i fedeli di Gesù Cristo soffrono persecuzioni, che anzi in vista di queste non han mai indietreggiato, ma dippiù le hanno anche affrontate con coraggio e perfino gaudio ad imitazione degli Apostoli che « ibant gaudentes a conspectu Concilii quoniam digni facti sunt contumeliam pati pro nomine Iesu ». Dico in secondo luogo che anche per la Polonia ove la S. Sede ha potuto transigere non ha mancato di farlo e ne abbiamo degli esempi recentissimi, ma dove non ha potuto è rimasta sempre salda, ed immobile anche a fronte delle minacce, e delle persecuzioni: finalmente prescindendo dalle ragioni finora apportate e che non urgono in tutto il loro pieno valore, aggiungo di più che allora soltanto può tollerarsi un male minore quando si potesse con tale tolleranza evitarne uno maggiore, ma nel caso presente si andrebbe infallibilmente incontro ad un male immensamente maggiore quale sembra la sicura defezione dalla fede cattolica sicuramente presa di mira da quel scismatico Governo; dunque anche per questo capo non potrà giammai tollerarsi dalla S. Sede.

Fin qui si è avuto riguardo alle ragioni intrinseche le quali dimostrano chiaramente non potersi affatto permettere, anzi neppur tollerare siffatte innovazioni; ora in conferma di tutto questo gioverà eziandio dare un'occhiata almeno di volo ad alcune ragioni estrinseche, come già avea accennato fin dal principio.

E qui prima di tutto devesi ben richiamare alla mente che la lingua moscovitica nè generalmente si conosce dai Polacchi, nè punto amano di conoscerla, anzi neppur vogliono sentirne parlare; dal che consegue che ogni qual volta fosse obbligato il popolo a non recitare altre preghiere che in lingua russa, ed a non avere altri libri di devozione che scritti in quella

lingua, si asterrebbero affatto dal pregare, e non avrebbero più alcun mezzo d'istruzione sia per la dottrina cristiana, sia per mezzo della predicazione, e seppure qualcuno vi si adattasse, nulla affatto intenderebbe, nè conoscerebbe cosa formi l'argomento e il tema delle sue preghiere, e della sua credenza. In secondo luogo osservo fra quelle pochissime carte che mi sono state consegnate una lettera di non antica data cioè dei 5 Aprile dello scorso anno 1869 scritta al S. Padre da Mons. Borowski vescovo di Luceoria, e Zytomeniti [sic!] ed Amministratore di Kameniek in cui dopo aver parlato del ben noto Collegio Ecclesiastico di Pietroburgo passa a descrivere i danni immensi che ne avverrebbero ogni qualvolta potesse giungere il Governo a introdurre nelle cose di Chiesa la lingua russa, e quindi in riflesso di questi gravissimi mali supplica sua Santità nulla concedere, ed in caso che volesse prendere una qualche determinazione lo prega di voler prima chiamare in Roma i vescovi (non saprei però come) onde ben conosciuto, e ponderato il tutto, si veda, seppur fosse possibile, di prendere un qualche provvedimento e rimedio. Gioverà riportare le stesse sue parole, sebbene un poco sieno in Lingua russa, « quam in ec-
 clesia inducere conantur, venenum est quo perimuntur pisces (forse
 « vorrà intendere fideles). Aperte obstiti huiusmodi innovationi quae qui-
 « dem speciem indifferentem praebet, attamen fidem et ritum minatur.
 « Admissa siquidem lingua russica ritibus sacramentalibus, in supplica-
 « tionibus, in canticis, et in praedicatione, amovebitur vulgata cum versione
 « Polonica a Sede Apostolica probata, introducetur versio Slavica facta ex
 « versione Alexandrina-graeca. Dissociabitur naturali conclusioni (sic) ex
 « eo quod ubique scripturam sacram sequitur liturgia, et quilibet ritus
 « identicam habet scripturae versionem cum liturgia Missae. Praetenditur
 « nationalitas Polonica a Religione Catholica separanda propter tranquil-
 « litatem, et securitatem imperii, sed in hoc latet fraus tanto ad extinguen-
 « dam catholicam religionem efficacior, quanto cum majori vehementia ob-
 « traditur. Caeterum si Curia Romana arctatur hac in re aliquid statuendi,
 « necessitas est Episcopos ex Russia Romam vocare ad ineundam cum eis
 « deliberationem: fortassis tali modo poterit remedium inveniri ».

Sembrami pertanto che dietro tale esposizione nasca spontaneo il seguente riflesso: Se un Vescovo che amministra tre diocesi, e che conosce bene la gravità della cosa, nè ignora i pericoli a cui può essere esposto quel popolo, si raccomanda che non venga presa alcuna risoluzione, e nulla si decida senza prima sentire i vescovi, e ben ponderare coi medesimi quid consilii capiendum, e dubita che anche con questo mezzo possa trovarsi un rimedio, molto più non potrà al presente non solo prendersi dalla S. Sede una qualunque siasi risoluzione senza fare ulteriori indagini, e senza almeno sentire un qualche Vescovo, ma neppure potrà darsi una categorica risposta sopra i quesiti proposti dal P. Zoltek.

In 3º luogo ho trovato anche una memoria estratta dagli Archivi della Segreteria di Stato dalla quale risulta che la S. Sede non ha voluto mai approvare taluni cambiamenti che varii Governi avrebbero desiderato introdurre nella Liturgia Ecclesiastica (credo io nel Canone della Messa e principalmente per la Commemorazione da farsi in quello del sovrano Protestante) e massimamente dai Governi dell'Inghilterra, Olanda ec. Così ancora non possono ignorarsi le Costituzioni Pontificie dalle quali vennero proibiti alcuni Messali stampati in lingua volgare, il che accadde principalmente in Francia. Si applichino ora questi atti dalla S. Sede al Caso nostro e si vedrà che non solo v'è parità di circostanze, e di materia, ma v'è assai di più grave, di più serio, e di più temibile.

Finalmente non posso a meno di non avvertire come lo stesso P. Zoltek nell'espore alla S. Sede i noti Quesiti già da per sè prevede una risposta del tutto negativa, mostrandosi tanto Egli, che gli altri Ecclesiastici ben disposti e pronti a soffrire qualunque aggravio e perfino il martirio, e solo per non sbagliare e per essere più sicuro, più tranquillo, e più pronto desidera conoscere la volontà, e la mente della S. Sede anche per essere confermato nelle buone disposizioni. Ecco infatti le precise parole con cui chiude la lettera « Nos equidem pro modulo virium nostrarum, Dei prae-
«sertim adjuvante gratia, ultimum exitium Ecclesiae nostrae imminere
«cernentes, omni modo resistere et extrema quoque ipsa pati, exemplo
«tot Pastorum, fratrumque nostrorum, paratissimi sumus. Ut autem haec
«ipsa resistentia nostra unanimior, fortior, solatioque sit plenior, opus
«habemus, ut adorabilis voluntas Dei per infallibile Organum Suum plenius nobis pateat, viam nostram sanctificet, nosque benedicat ».

Considerato pertanto il complesso delle circostanze, ed avuto riguardo alle osservazioni meno intrinseche, che estrinseche di sopra accennate, e riflettendo ancora che fino al momento presente non si è dato fuori il temuto Decreto, sarei di subordinato parere di non doversi rispondere tassativamente ai singoli quesiti, e neppure doversi dare in globo una categorica risposta, e molto meno doversi questa dare direttamente dalla S. Sede, non soltanto per mezzo del P. Generale dei Domenicani a cui il P. Zoltek diresse già la sua lettera, farei al medesimo rispondere tanquam ex se all'incirca nel seguente modo, cioè: « Trattandosi di cosa gravissima, e sopra cui la Potestà laica non può avere alcun minimo diritto, ed avendosi tutto il fondamento a credere che le supposte temute variazioni potrebbero intaccare anche sostanzialmente la Liturgia e le materie più sacre della Religione e tutto ciò in grave discapito della fede dei buoni Polacchi, e con grandissimo scandalo di quei Cattolici, ed anche avutosi riguardo alla mancanza di più certe, ed estermine notizie intorno agli accennati cambiamenti, non può per ora ripromettersi una categorica risposta di proposti Quesiti, nè può sperarsi una positiva condiscendenza, o tolleranza per parte della S. Sede. Che se poi venissero a realizzarsi i timori concepiti, e venisse di fatto emanata una tale legge, da buoni e zelanti Ministri di Gesù Cristo, e da forti difensori dei diritti della S. Chiesa si oppongano per quanto possono totis viribus, totoque animo alle prescrizioni della medesima, e qui, se lo crederanno necessario, o almeno utile, ricorrano di bel nuovo ponendo con ogni precisione tutte e singole le circostanze ed in ispecie diano esatta informazione in che principalmente consistano queste alterazioni e cambiamenti sia nella versione della S. Scrittura, sia nei diversi punti della Liturgia, sia in qualunque altro capo della disciplina, e se fosse possibile, mandino in Roma una Copia dei Libri, Rituali, e Decreti di cui trattasi, e così con maggiore e più certa cognizione di causa potrà divenirsi ad una più speciale istruzione, e meglio conoscere se e come potrebbe almeno qualche cosa delle proposte o permettersi, o tollerarsi dalla S. Sede, la quale intanto se avrà qualche mezzo propizio, e qualche occasione opportuna non mancherà di servirsene per loro vantaggio. Si conchiuda poi coll'assicurarli che fin da ora il S. Padre loda sommamente le loro buone disposizioni, in cui si trovano, e l'attaccamento costante che mostrano per sostenere i diritti incrollabili della Chiesa, ed affinché prosieguano in siffatto tenore manda loro specialissime benedizioni ». È questo il mio

debole parere che di buon grado metto al superiore giudizio di cod.a S. Congregazione.

Ed intanto con vera stima, e rispetto ho il piacere ripetermi

di V.S. Ill.ma
Dev.mo
Obl.mo Servidor

C. Guardì Vicario Generale dei Ministri degli
Infermi, Consultore

Dai SS. Vincenzo ed Anastasio
li 29 Gennaio 1870.

DOC. N. 17.

Rome, 4 février 1870.

*Pro-Secrétaire de la Congr. des Aff. Eccl. Extr.
au Père Général Jandel.*

Concernant l'introduction de la langue russe.

Minute fragmentaire.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, ff. 365 et suivantes.

Rev.^{mo} Padre Jandel
Generale dei PP. Predicatori
4 Febb.o 1870

Dall'esame fattovi dei cinque quesiti proposti alla S. Sede dal P. Tommaso Zóltek, nella lettera che questi diresse da Pietroburgo a Vra Ptà Rma in data dei 5/17 decorso Dicembre si è rilevato che alla stessa S. Sede non conviene, almeno per ora, per mancanza di più sicure notizie e d'indispensabili ulteriori schiarimenti sulle previste variazioni, rispondere tassativamente a siffatti quesiti nel dare in globo una decisiva risposta, e molto meno darla direttamente. Non volendosi però lasciare senza qualche riscontro la citata lettera del P. Zoltek, si ravvisa opportuno che Ella, come da se si compiaccia di fargli conoscere che trattandosi di cosa gravissima su cui la potestà laica non può avere alcun diritto, e portando tutto a credere che le supposte temute variazioni potrebbero intaccare anche sostanzialmente la Liturgia e le materie più sacre della Religione con grave discapito della fede dei buoni Polacchi e con grandissimo scandalo di quei cattolici, e mancandosi anche di più certe e determinate notizie intorno agli accennati cambiamenti, non può per ora darsi una categorica risposta ai proposti quesiti, nè può sperarsi una positiva condiscendenza o tolleranza per parte della S. Sede. Nel caso poi che si realizzassero i concepiti timori, e venisse pubblicata una tal legge, tanto egli, quanto i Suoi Colleghi, da buoni e zelanti Ministri di Gesù Cristo, e da forti difensori dei diritti della Chiesa, si oppongano per quanto possono totis viribus, totoque animo alle prescrizioni della medesima legge, e quindi ricorran di nuovo esponendo con ogni precisione tutte le circostanze e diano in ispecie esatte informazioni dei punti nei quali consistano principalmente le prefate variazioni o cambiamenti sia nella versione della S. Scrittura, sia nei diversi passi della Liturgia, sia in qualunque altro

capo della disciplina, e se fosse possibile mandino in Roma una copia dei Libri, Rituali e Decreti di cui trattasi, e così con maggiore e più sicura cognizione di causa potrà procedersi ad una più particolareggiata istruzione e meglio vedersi se e quale risoluzione convenga prendersi in proposito.

La P.^{ta} V.^{ra} potrà poi conchiudere coll'assicurarli che il S. Padre fin da ora loda sommamente le loro buone disposizioni e la costante unione e fermezza che mostrano per sostenere i diritti inviolabili della Chiesa, ed affinchè prosieguano in questo tenore, manda loro specialissime benedizioni.

Dopo ciò altro non resta al sottoscritto Pro-Segretario della S.C. degli AA.SS. che rassegnarsi con sensi di...

DOC. N. 18.

31 janv./12 févr. 1870.

*Timašev, Ministre de l'Intérieur
au Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.
Annonce l'ukase impérial du 25 décembre 1869 et indique le mode de son
application.*

Traduction. Impr. Žirkevič. I za russkago jazyka ... I, 138-140.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. II^{me}, f. 364.

Proposition de M. le Ministre de l'Intérieur au Collège Ecclésiastique catholique romain du 31 Janv. 1870.

En proposant cette mesure au Collège pour la communiquer aux autorités diocésaines, Son Exc. a daigné déclarer, qu'elle a pour but de satisfaire aux besoins des populations locales et que par conséquent les autorités spirituelles seront obligées de faciliter son application lorsqu'elle répondra aux besoins et au désir des paroissiens. Ainsi lorsque les autorités diocésaines croiront utile l'application de cette mesure dans quelque localité ou bien lorsqu'elles seront prévenues par des démarches du clergé paroissial en faveur de l'introduction de la langue russe dans les sermons et le service divin additionnel, elles présenteront leurs conclusions et leurs remarques relatives à ces démarches au Ministère de l'Intérieur qui est chargé par le décret impérial cité plus haut de la décision finale.

DOC. N. 19.

Rome, (1870).

*Pierre Kapnist
à la Secrétairerie d'Etat.*

*Envoi d'une Circulaire du Ministre de l'Intérieur, Timashev, aux Gouverneurs des « Provinces Occidentales », du 31 janv./12 févr., 1870.
(v. Doc. N. 18).*

Trad. du russe.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. II^{me}, f. 363.

St. Pétersbourg, 18 févr./2 mars 1870.

Collège Ecclésiastique de St. Pétersbourg.

Circulaire aux Evêques et Administrateurs des Diocèses catholiques de l'Empire russe.

Ukase impérial du 25 déc. 1869.

Traduction.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, ff. 253-254. D.

Ukase de sa majesté impériale l'autocrate de toutes les Russies, émanant du collège ecclésiastique catholique romain. A l'évêque administrant le diocèse Par ordre de Sa Majesté Impériale. Le collège a entendu la communication de Mr le ministre de l'intérieur, datée le 31 Janvier (12 Février) 1870 n. 9, où l'on expose: Sa majesté, dans sa sollicitude paternelle pour ses sujets sans distinction de culte, désirant que ceux d'entre eux qui considèrent la langue russe d'un dialecte quelconque comme leur langue maternelle, ne soient point privés du droit de s'en servir dans les affaires de leur religion, a gracieusement daigné ordonner le 25 Décembre 1869 (6 Janvier 1870), qu'il soit permis, contrairement à l'ordre suprême défendant de prêcher en langue russe dans les églises des cultes étrangers exposé dans le rapport du collège du 25 Juillet 1848 n. 1719, de se servir de la langue russe dans la liturgie et généralement dans les affaires religieuses de tous les cultes étrangers. Mais il est bien entendu que dans l'application de cette permission à la liturgie de l'église catholique romaine le latin reste pour elle comme langue liturgique établie par elle-même, et la permission ne s'étend qu'à la liturgie supplémentaire, c'est-à-dire aux parties de celle-ci, dans lesquelles on se sert déjà d'autres langues et dialectes au lieu du latin, comme de l'allemand, du français, du polonais, du letton, etc. Son excellence le ministre, en faisant cette communication au collège pour la transmettre aux chefs des diocèses qui en dépendent, déclare que la mesure actuelle ayant pour but de satisfaire aux besoins de la population locale, l'autorité ecclésiastique aura le devoir de coopérer à son application partout où elle répondra aux besoins et aux désirs des paroissiens. Par conséquent les chefs des diocèses, après avoir trouvé utile d'introduire cette mesure dans une localité donnée, ou bien après avoir reçu des instances du clergé paroissial, demandant la permission d'introduire la langue russe dans les sermons et dans la liturgie supplémentaire, présenteront leurs observations et leurs conclusions sur toutes les instances semblables au ministère de l'intérieur, qui doit, conformément audit ordre de sa majesté, donner une permission définitive. On ordonne de communiquer cette volonté de sa majesté à votre grandeur pour qu'elle s'en serve et la mette en exécution, et de lui prescrire qu'elle communique au collège les dispositions qu'elle aura faites par rapport à l'ukase présent. Donnée le 18 Février (2 Mars) 1870.

(Signé) Ślupczyński. (Signé) Boulanoff pour secrétaire. (Signé) Januszewski chef de bureau.

St. Pétersbourg, 31 janv./12 févr. 1870.

*Timašev, Ministre de l'Intérieur
aux Gouverneurs-Généraux des « Provinces Occidentales ».
Admission de l'emploi de la langue russe pour les cultes non-orthodoxes.
Traduction.
AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 249-250*

Traduction de la Circulaire adressée, en date du 31 Janvier 1870 d'ordre de l'Empereur aux Gouverneurs-Généraux de Vilno et de Kiew et au Gouverneur de Vitebsk au sujet de l'admission de l'emploi de la langue russe pour les cultes non orthodoxes.

S.M. l'Empereur, conformément à l'opinion du comité spécial dont V. Ex. a connaissance, a daigné ordonner, le 25 décembre de l'année passée, d'abroger l'acte de l'année 1848, qui défendait l'emploi de la langue russe dans les sermons des églises non-orthodoxes et qui limitait en général l'emploi de cette langue dans les affaires religieuses des confessions non-orthodoxes.

Cependant, le décret actuel ne rend pas obligatoire cet emploi de la langue russe et statue spécialement en ce qui concerne l'Eglise Catholique Romaine (qui a établi comme langue liturgique la langue latine) que l'admission de l'emploi de la langue russe n'a trait qu'aux parties secondaires du culte et à celles nommément, où d'autres idiomes comme l'allemand, le français, le polonais, le lethe etc. sont déjà employés simultanément avec le latin.

En outre, S.M. Impériale a daigné charger le Ministre de l'Intérieur de l'application de ce décret en lui enjoignant de prendre en considération les véritables besoins des populations de différentes parties de l'Empire et les circonstances locales.

Ayant ainsi communiqué à Votre Exc. la volonté souveraine, je crois opportun, — vu le désir qui s'est manifesté dans les Provinces occidentales parmi quelques membres du Clergé et une partie de la population catholiques locales de voir la langue russe introduite dans leur culte, — de leur faire connaître l'autorisation de l'emploi de cette langue dans les affaires de religion. J'ai l'honneur en conséquence de m'adresser à Vous, Monsieur le Gouverneur-Général, en Vous priant de vouloir bien faire notifier par les autorités locales dans toutes les localités où vous le jugerez nécessaire, aux paroissiens des Eglises non-orthodoxes, qui se trouvent dans les provinces confiées à vos soins, que S.M. l'Empereur dans Sa constante sollicitude pour Ses sujets sans différence de confession et désirant que ceux d'entre eux qui considèrent la langue russe dans tel ou tel autre de ses dialectes comme leur langue maternelle — ne fussent pas privés du droit d'employer cette langue pour leur culte, — a daigné décréter pour les Eglises de confession hétérodoxe l'autorisation de l'emploi de la langue russe dans les sermons, les parties secondaires du culte et les prières.

Votre Excellence voudra bien faire connaître aux paroissiens des Eglises hétérodoxes que si la majorité d'entre eux a le désir d'entendre en russe les sermons et prières, — ils peuvent le formuler et le faire parvenir par la voie des autorités locales.

Quand des demandes de ce genre seront soumises à l'examen de V. Exc., — Elle voudra bien les faire parvenir avec ses remarques au Ministère de l'Intérieur, qui, comme il a été dit plus haut, est chargé de l'application du principe de la tolérance de la langue russe dans les affaires de religion des confessions non-orthodoxes, principe admis par le Comité susmentionné et approuvé par ordre Souverain. Je crois utile d'ajouter que les autorités diocésaines catholiques ont été informées de cette décision.

(signé:) Le Ministre de l'Intérieur, Général Timascheff.

(contresigné:) le Directeur du Département, Comte Siwers.

DOC. N. 22.

s.l., s.d. (1870).

F.A. Symon

à l'usage de la Curie.

Traduction d'une lettre de Mgr. G. Borowski au Comte Souvalov concernant la langue russe dans les églises catholiques.

Copie.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. II^{me}, f. 436.

Litterarum Excell.mi Eppi Luceor-Zytomiriensis ad Comitem Schuvaloff de linguae rossiacae in ecclesias catholicas Rossiae introductione — ex originali rossiano in latinum sermonem versio — facta a Sacerdote Fr. Symon.

Excellentissime Domine!

Gravi dolore pressus quem ne quidem verbis exprimere possum ad Te, Excellentissime Domine, confugere anxiumque animum meum Tibi aperire audeo. Scio equidem non tali modo publicas solvi religionis quaestiones, ideoque sincere etiam fateor minime consilium mihi inesse publicis cum Excellentissimo Domino communicari litteris — sed confugio ad Eum praesidii in mea conditione tristissima quaerendi gratia — ei similis qui periculo minante arripit quaecunque salutem sibi polliceri videntur. Quum Tu, Excellentissime Domine, vi muneris Tui amplissimi vindex sis in Universo Imperio veritatis atque iustitiae, quumque Augustissimi Imperatoris fide gaudeas, velis proinde difficili hoc in momento, in quantum tuus magnanimis veritatis nec non honoris amor id fieri permittet, tutorem Te mihi exhibere. Jam dedi quidem supplices ad Augustissimum Imperatorem preces — quales si potenti verbo Tuo fretae fuerint, spero fore ut benigne excipiantur ab Eo, apud quem omnes subditi misericordiam et gratiam quaerere debeant. Iam suspicaris certe, Excellentissime Domine, quam in re ad Te confugio, Tuumque patrocinium apud Augustissimum Imperatorem imploro. Quod hucusque fatalis nonnisi rumoris ac veluti gladii Damoclis super Ecclesiam Catholicam in Russia suspensi speciem prae se ferebat, introductio videlicet linguae rossiacae in nostras res sacras, hodie vim legis jam obtinuit, omnesque, qui potestatem executivam tenent, jussi jam sunt negotium hoc promovere. Introductio haec linguae rossiacae proposita est in supremo edicto 25. Decembris qua gratia et beneficium — ego attamen dicere audeo, eos qui Imperatorem ad edic-

tum illud ferendum permoverunt non vera in luce rem Ei exposuisse, paternamque Ejus manum munivisse ad plagam cruentam catholicis subditis suis inferendam, loco gratiae, quam Imperator nobis exhibere intenderat. Edictum illud non gratia est, sed ictus fidei nostrae mortifer, quare supplex Excellentissimum Dominum exoro, ut, quatenus totius rei vera sit facies, Imperatori repraesentare benigne digneris. Dico itaque introductionem linguae rossicae Ecclesiae Catholicae funestam. Primo ob principium anarchicum summeque perniciosum, quod in ipsa linguae ejus introductione continetur: id est: populi arbitrio solvi res ad religionem pertinentes. Gubernium quidem ipsum linguam rossicam non obtrudit violenter, quod perquam verum est, sed quum ad eam introducendam populum excitet, eumque in quaestione tam magni momenti judicem constituat, nonne applicat Ecclesiae nostrae principium: Suffragii Universalis in strictissimo hujus sensu? Principium hoc funestissimum atque letiferum ubicumque rebus vel profanis tantum fuerat applicatum, gravissimos semper excitabat motus, — veteremque rerum ordinem atris humabat sub ruinis — potestne igitur principium ejusmodi Ecclesiae nostrae applicari fideique negotia arbitrio vulgi aut machinationi hominum malae voluntatis relinqui? Perquam certe notum est populum in rebus fidei nullam leges ferendi potestatem habere, ejus esse nonnisi parere atque docilem se exhibere, ejus esse Ecclesiae, cui ipse Deus potestatem docendi et regendi dedit dicendo: « quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus » obedire. Quare nonne evertitur omnis ordo Ecclesiae ab ipso Deo constitutus, quum populo dicitur: Vos ipsi decernite; Ecclesia vobis, non vos Ecclesiae obedire debetis? Nonne amara haec est omnium divinarum atque Ecclesiasticarum legum derisio quum populus, ut id fit in « Declaratione » Domini Generalis Gubernatoris provinciarum meridionalium Occidentem versus, jubetur in rebus religionis ad praepositos districtorum, mediatores pacis (juges de paix), Gubernatorem sese convertere? Tali principio semel admissio quid tandem sancti atque integri supererit? Plebi sat viam monstrasse nihilque jam petulantiam ejus audaciamque retractare valebit. Hodie rem de lingua decernet, cras aliam movebit quaestionem, tum forte dogmatis alicujus immutationem flagitabit, sicque innixa agnito sibi jure suffragii, sensim sensimque omnia avertere poterit. —

Modus proinde, quo edictum de introducenda lingua rossica executioni mandatur, populum adversum propriam ejus (potestatem) Ecclesiam armat, nos nostris interficit manibus, Ecclesiae nostrae existentiam in ipsis ejus fundamentis labefactat, quum Eam ex arbitrio et passione populi dependere faciat. —

Quum autem ita res se habeat, possumne Ego, ut id D. Generalis Gubernator ex me postulat, ejusmodi quaestioni primam apponere manum, possumne in Ecclesias promulgare Declarationem ejus, quae laxat habenas arbitrio atque anarchiae? Vi muneris (.....) mihi injuncti meum est Domum Dei integram custodire, Ego vero jubeor ignem sacro ejus tecto supponere!

Praeterea linguae immutatio invehit ipso facto in Ecclesiam nostram funestissimum schisma. — Semel ac pars una Catholicorum in aliqua parochia introductioni linguae rossicae assenserit, altera vero vi libertatis sibi concessae suam linguam vernaculam retinuerit, eo ipso in nostra communione duo diversa exsurgent castra, duae factiones sibi inimicae atque hostiles. — Historia multa hujus rei suppeditat exempla. Statim comparebunt turbae internae, dissolventur vel strictissima vincula — unitas Ecclesiastica ruet, atque adimplebitur, quod dicit Scriptura: « regnum et domus divisa cadent ».

Introducere in Ecclesiam nostram duas linguas idem est, ac duplicem creare ritum, — duos sacerdotes, duas liturgias, duo centra communionis, id est: duas Ecclesias, uno verbo id parit veram tam in Spiritualibus, quam temporalibus scissionem cum omnibus funestissimis ejus sequelis: Haec meridie clariora sunt!

Aliud insuper est, quod innovationem hanc in Ecclesia Catholica luctuosissimam esse evincit. Quis sane est, quem lateat nexus sermonis cum notionibus, verbi cum idea? Semel proinde ac Catholici vi coacti linguam suam cum rossiaca permutabunt, id autem brevi secuturum omnino putandum est, in memorata enim scissione adeo ordini contraria remanere non poterunt — numquid eo ipso non recipient etiam doctrinas Ecclesiae Rossicae? Conclusio haec videtur quidem esse exagerata, quum tamen circumstantiae attendantur, — ipsa sua sponte apparet. — Sunt certae regiones, ubi incolae unius sermonis varias profitentur religiones, eorum tamen conditio omnino ibi alia est. Adest illic libertas conscientiae, libertas praedicandi et scribendi — ergo facultas resistendi, quae variarum confessionum servat aequilibrium, nec unam cum alterius detrimento invalescere sinit. His adiciamus sublimiorem populi culturam. Omnino aliter res se habent apud nos. Populus ignarus, rudis, litterarum inscius differentiam inter religiones censet ex diversitate formae externae, ad quam imprimis differentia linguae pertinet. Interrogentur catholicus et assecla religionis rossicae quam profiteantur ipsi religionem — alter polonico sermone — alter vero rossiano se orare fatebuntur — ex quo jam inferre licebit de singulorum religione. Nostris itaque in regionibus, hodierna rerum in conditione lingua limitem constituit inter duas Ecclesias — ipsa sola mutuam earum confusionem impedit. Quod si murus hic unicus cadet, quae inde sequentur? Num major orthodoxorum pars non protrahet ad se et quidem catervatim catholicos incolas pagorum? Si clerus rossiacus jam nunc eam ubivis famam spargere sciverat: «inter utramque religionem nihil esse discriminis», identitas haec post linguae rossicae introductionem de facto omnino perficietur — atque post aliquot annos ne vestigium quidem Ecclesiae Catholicae remanebit. — Omnia haec ex natura rei fluunt. Adiciamus autem his pressionem, quam clerus rossiacus, pacis mediatores, politia, praepositi publicis vectigalibus — atque cuicunque demum id placuerit — in populum catholicum exercent, — tum minas quibus eum vexant, et promissiones, quibus eum seducunt — adjungamus porro et illud, quod molestissimum est, quod Ecclesia Catholica illi pressioni Orthodoxorum nihil opponere queat, omnia etenim nobis adempta sunt, praedicatio verbi divini severissimae subjacet censurae politiae, omnesque sacerdotes ferventiores pars in exitium ejecti — pars, muneribus destituti, qua «orthodoxae fidei hostiles».

Addamus denique his omnimodam libertatis dicendi et scribendi limitationem, quae prohibet nos respondere ad mendacia, calumnias et convicia quibus folia publica adeo nos in communi hominum opinione degradant. En haec omnia si rite perpendantur, conclusio mea clare patebit, id est: absoluta Ecclesiae Catholicae intra breve temporis spatium ruina. Hoc absque dubio certissimum et efficacissimum est medium evertendae Ecclesiae nostrae — ita ut etiamsi Gubernium intenderet catholicis plenam profitendae fidei suae libertatem concedere — solamque nonnisi linguam rossiacam introduceret in supplementarium officium, hoc jam sufficeret ad Ecclesiam Catholicam destruendam. Ingenue loquor — quamvis arma contra meipsum suppeditare videor — solemni tamen hoc in momento — ubi agitur de vita aut morte aeterna — nil nisi veritatem loqui volo.

Audeo denique hanc eandem rem alia adhuc ex parte Excellentissimo Domino exhibere, ea nempe quae ex meo Catholici Episcopi munere et titulo fluit, ex ratione cujus conscientia mea non permittit linguam rossiacam in nostram Ecclesiam admittere. — Communio cum Sede Apostolica Romana, principium est catholicorum: « Tu es Petrus », potest ipsum Gubernium regulam hanc non agnoscere — ipsa nihilominus remanet nobis sacra — et conditio, sine qua non, vitae nostrae religiosae. Magistratus idcirco, qui Judaeis et Mahometanis libertatem profitendi eorum religionem concedunt, etiam ad illud principium Catholicum attendere deberent. Vi principii illius in Ecclesia Catholica Episcopi in rebus religionis pendent a supremo eorum Capite. — Cujus ipsi sunt adiutores et vicarii nihilque absque consensu Supremi Pastoris in negotiis Ecclesiasticis decernunt. Ipse solus est, qui leges condit, conditas sancit; ipse regit, quaestiones dirimit, nos paremus Ei atque invigilamus, ut Catholici omnes sedulo id exequantur, quod ore apostolico statuitur. Possumne idcirco ego quaestionem adeo gravem, ut est immutatio linguae in Ecclesia usitatae — indeque sequens immutatio versionis Scripturae atque ritualium absque consensu Romae propria auctoritate dirimere? Gubernator equidem Generalis declaravit se optimos inventurum interpretes si ego ipsis caream, ast nunquid haec serio proponuntur?

Sane ridiculum hoc est et acerbum!

Has ob causas conscientia mea prohibet quominus quidquam ratione linguae cedam, ipsa limitem ponit, quem transilire nequeo. Non solum meus Catholici Episcopi character, verum etiam ipse honor humanus, expostulant a me ut fidelis principiis meis remaneam, nec conscientiam meam offendam, etiamsi omnes thesauri hujus mundi me manerent. Hanc meam persuasionem probant omnia quae hucusque respectu Gubernii egeram. Nominor rebellis, Episcopus non Catholicus sed polonus. — Malorum consiliorum accusor, quum tamen nil nisi, quod Episcopale munus a me exigit, agam. Seditionem nunquam probavi, immo inpensissimus ejus fui hostis, quemadmodum id probarunt confractae a rebellibus fenestrae domus meae, litterae anonymae cum patibulis millenaque alia aspera convicia, usquehodie dum deploro tristissimos effectus miseri illius eventus. — Ut semper ita etiam nunc id unum est cordi meo, ut fideliter officia mea Pastoris accurate exsequar — atque proinde, si aliquando consiliis Gubernii resisto id non ex patriotismo, ut malevoli putant, fluit, sed ex munere et conscientia provenit, quae duo nihil me agere permittunt, quod potestatem meam superet, meque rebellem in Sedem Apostolicam facere possit. Contemnendus sane essem si mea ejurare principia — quemadmodum essem puniendus si consilia Gubernio inimica foverem. Agnosco Gubernii in me jura, ast et conscientia suas sacratissimas habet leges. In negotiis religionis regulam sequor, quam Augustinus expressit: « Roma locuta est, causa finita ». Ideoque semel ac Summus Pontifex quidquam, quod meam potestatem superat, decernit, semper obedio — et voluntatem Gubernii exequor. Documento sit administratio dioecesis Camenecensis quod negotium vix Romae decusum fuit, mox voluntatem Augustissimam adimplevi. Si proinde hodie linguam rossiacam admittere recuso, id non patrioticis meis consiliis tribuendum, sed quod quaestio haec non a me pendeat, ejusque solutio severissimis Ecclesiae poenis obnoxium me redderet.

Haec sunt, quae Excellentissimo Domino repraesentare audeo communicanda Augustissimo Imperatori. Non est cur adiciam Deum esse sermonis humanae auctorem et datorem, cum proinde cuivis homini esse sacrum — indeque prohibere usum linguae vernaculae in ipso hominis cum

Deo commercio, spoliare illum bono, quo ipse in decursu (temporis) saeculorum usus est, quo mentem suam sensusque in sacris hymnis, in precibus, caeremoniis sacris expressit — idem est ac asperissimum gravissimumque infligere ei vulnus. —

Ex his autem jam apparet introductionem linguae rossicae in Ecclesias nostras esse nobis perniciosam, quare supplex exoro Te, Excellentissime Domine, ut auxilii dexteram nobis porrigas. Quamvis certe multi fuerint, qui rebellibus Occidentalium regionum ideis abrepti culpam in se consciverint, decem tamen anni lacrymarum, decem anni miseriae, decem anni famis quam millenae experiuntur familiae officiis suis pulsae — atque quibus vis vitae sustentandae mediis restitutae decem hi anni gravissimarum afflictionum obtineant nobis demum misericordiam. Non jam remanserunt nisi innocentes et miseri, sit saltem fides solatium eorum. Et Deus misericors est, et ipse parcat, misericordiamque voluit esse fundamentum vitae inter homines communis: « dimitte nobis, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris ». —

Quare nomine cleri totius populi catholici Tuum, Excellentissime Domine, praesidium apud Augustissimum Imperatorem imploro, ut nos sinat pro Russiae atque Imperatoris prosperitate more, qui hucusque obtinuit Deum orare, quum lingua polonica, prout samogitica, germanica et gallica minime Ecclesiae Rossicae noceat, non sit polonismi instrumentum, nullas nocivas ideas, nulla societati inimica principia praeseferat. Sacra, quae a nobis in Ecclesiis aguntur, omnis praedicatio — quivis passus vigili politicae oculo subjacet, de caetero nos ipsi sat superque jam patimur, ut conditionem nostram per irrationabilia quaedam somnia magis adhuc gravare velimus: — Tempus et miseria nos imperitos meliora docuerunt. Excuses, rogo, Excellentissime Domine, audaciam meam, qua Te gravare praesumpsi — velisque persuasus esse de vera aestimatione profunda que veneratione cum qua honori mihi duco esse Excellentissimi Domini

famulus humillimus
(subscriptum in authentia)
Gaspar Borowski
eppus. Luceor. - Zytomir.

Anno Domini 1870
Mense Martio

DOC. N. 23.

s.l., s.d.

*Auteur anonyme
à l'usage de la Curie.*

*Extraits d'un écrit de Mgr. G. Borowski de Zytomierz, III. 1870 concernant
l'introduction de la langue russe dans le culte catholique.*

Extraits.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, f. 424

Ex Russia Gaspar Borowski Eppus Luc.-Zyt.

.....
Notitiae Mosquenses N 222. 12. Octobris an. currentis confutando le
Monde N 273 probare nituntur inanem esse motum de fide catholica, qui

ex substitutione linguae rossicae in locum polonicae excitatur, etiam assertioni Journal de Bruxelles quasi Gubernium Rossicum impossibilem reddiderit quamlibet communicationem Suorum Catholicorum cum Capite Ecclesiae Suae, taliter respondent: « Hoc purum mendacium est: communicationes continuantur absque impedimento, immo potius cum levioribus quam antea difficultatibus: siquidem omnes petitiones Episcoporum expediuntur Romam directe ex Romano-Catholico Spirituali Collegio absque praevio examine potestatis civilis; et ad omnes istas petitiones sine obstaculo recipiuntur responsa Curiae Romanae ».

.....

Lingua rossica in Albarossia et Lithuania fraude quorundam sacerdotum plerisque in locis intruditur in Ecclesiam. Rossiae ephemerides in eo sunt, ut etiam per politiam ubique invehatur. Litteris circularibus admonui omnes sacerdotes meos, ut Statutum Concilii Tridentini de Vulgata prae oculis habeant, nec sinant eam ubique simul cum liturgia per aliam versionem explodere.

.....

Quod ephemerides praeludebant voluntate Imperatoris 25 Decembris 1869 statutum est his verbis: « Sollicitudine paterna erga subditos nostros cujusque religionis animati, desiderantes, ut hi, qui linguam rossicam in hac vel illa dialecto pro sua vernacula habent, jure utendi illa non destituantur in rebus religionis suae; prohibitione Mandati 15 Julii 1848 ne in heterodoxis ecclesiis conciones in lingua rossica proferantur sublatā, liberum usum linguae rossicae in liturgia et universim in rebus heterodoxarum religionum concedimus ». Ne totius liturgiae per substitutionem linguae rossicae evidens periculum perterreat catholicos, et ad illam extinguendam gradatim procedatur, Minister negotiorum internorum 31 Januarii 1870 in propositione Collegio data adjecit commentarium his verbis: « In applicatione hujusmodi facultatis ad liturgiam catholicam per se intelligitur usus linguae rossicae non nisi ad additamenta extendi, quae loco linguae latinae in ritualibus, libris precatoriis et concionibus in lingua gallica, germanica, polona, lettica etc. in usu sunt. Porro, quum hujusmodi Imperatoris gratia necessitati subditorum suorum pro locorum ratione consulere intendat, ecclesiasticis potestatibus incumbit officium cooperandi, ut illa ubi necessitas et voluntas parochianorum postulaverit ad effectum deducatur; quam dioecesium rectores perspecta in quodam loco utilitate introducendi linguam rossicam in praedicationem, cantum, orationem et ritus sacramentales, vel quando id clerus parochialis postulaverit, debent referre ad Ministerium causarum internarum, cujus est ultimam dare hac in re decisionem. — 24 Februarii 1870 Kijoviensis Generalis-Gubernator Dondukow-Korsakow convenienter huic commentario exigit a me: 1. Scriptum suum in omnibus ecclesiis promulgare: cuilibet catholico licitum esse per politiae personas in scriptis postulare, ut preces, hymni et conciones in Ecclesia in lingua rossica peragantur. 2. Libros precatorios, rituales et conciones in linguam rossicam vertere et sibi approbandos mittere, vel si deerit qui sciat hanc linguam vel slavicam, notum facere, quatenus ipse inveniret interpretem. 3. Parochorum pro introducenda lingua rossica interpellationes recipere et suo suffragio suffultas ad Ministrum mittere. Denique Imperatori pro tanto beneficio gratias agere. Ex his patet quam velox sit ab Imperatoris gratia ad violentiam progressus. Laicis dumtaxat

permittitur usus linguae rossicae, ecclesiasticis vero imponitur necessitas permutandi liturgiam, et evocandi contra se brachium saeculare. Dum executionem talium, ceu legibus canonicis contrariam differebam, 10 Martii evocatus sum Kijoviam et 13 profectus ibi nesciens, quid eventurum sit.

DOC. N. 24.

« ex Russia », 8 avril 1870.

*Mgr. Gaspar Borowski
à la Secrétairerie d'Etat.
Concernant ses difficultés avec le Gouvernement russe.*

Texte original.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, f. 263-263.

30 Maii 1870;

ex Russia

Gaspar Borowski Episcopus Luceoriensis et Zytomiriensis

8 Apr. 1870.

Postquam mandatum de mutanda lingua in liturgia ad publicam notitiam perlatum est, catholici omnis conditionis et status de religione suatimentes me Kyoviam evocatum, Zytomiriae tanquam nunquam reversurum retinent, confirmationis Sacramento muniuntur, et linguam Russicam, si admitteretur per Clerum, sepulcrum fidei catholicae passim ominantur. 17 Mart. V.S. Kyoviam veni praevicens uti non solum de lingua russica quaestionem movendam, sed et de aliis quae praecesserant meis oppositionibus. Atque reapse Generalis Gubernator in scriptis suis 18 martii datis proposuit tales quaestiones cathedgoricas:

1^o An sum paratus orationes pro Domo Imperiali in lingua Russica in Ecclesia cantare?

2^o An sum paratus notitiam hierarchiae, quae in Russia ad voluntatem regiminis ordinatur, in Kalendario ecclesiastico ponere?

3^o An sum paratus cooperari ad linguam Russicam in concionibus, orationibus, et canticis introducendam?

4^o An sum paratus Seminarium dioecesanum subdere Collegio et Aca-
demiae Petropolitanae?

Ad haec 21 martii respondi:

1^o Orationes pro Domo Imperiali, in lingua russica sini non posse propter titulos religiosos, qui cum fide catholica quadrare non possunt, et principali dogmati ejus contradicunt.

2^o Notitiam civilem de personis et officiis ecclesiasticis Kalendario ecclesiastico apponere non negligam, et censurae collegiali subijciam. Quatenus sit index Magistratibus necessarius, non vero agnitio Collegii ad quod non deputavi Assessorem, et non antea me deputatum declaravi, quam agnoscatur a Summo Pontifice.

3^o Me ad Imperatorem misisse supplicationem, quominus ego et Clerus cogamur ad cooperationem introducendae linguae russicae (motiva ad hoc sequentia exposui: in exequutione favorabilis imperatoricae legis Mi-

nistrum et Generalem Gubernatorem a me exigere, ut in Ecclesiam ipse inveham anarchiam, in cultum divinum publicum perturbationem, et in liturgiam linguae permutationem: quod divinae Constitutioni Ecclesiae, populi pietati et juribus sanctae apostolicae Sedis contrarium est, sine cujus consensu et permissione talia fieri prohibentur non solum Clero inferiori sed et Episcopis. Insuper ostendi (*texte endommagé*) antiquam liturgiam habere propriam Sacrae Scripturae versionem in lingua eadem, ita ut slavica versio cum latina liturgia convenire nequeat, et deficiente ex Vulgata in linguam russicam versione a Summo Pontifice approbata nec conciones et instructiones, nec orationes et cantica, quae Scriptura Sacra nutriuntur, locum habere nequeunt. Haec omnia fusius explicavi in litteris meis ad Schouvalof missis simul cum petitione ad Imperatorem.

⁴⁰ Principale meum officium: « depositum custodi » potissimum hisce temporibus, ubi impietas dominatur, non permittere, ut dependentiam et manuductionem Seminarii mei sinam e manibus meis elabi.

Tale meum responsum princeps Dondouchof-Kossakow eodem die misit Petropolim, et notum me fecit voluntatem esse Ministri, ut quae sors me maneat Kioviae expectem.

Expectationi meae post viginti dies finem posuit telegramma 6 aprilis per Ministrum ad Generalem Gubernatorem missum, quo declaratum est: me posse Zytomiriam reverti, eo quod solutio difficultatum longius tempus exscat. Sic magno cum gaudio fidelium in locum suum reversus sum.

Passi a me repulsam converterunt se ad sacerdotes et ad populum moventes seditionem. Ex ephemeridibus Moscuensibus constat, in Lithuania rituales in lingua russica esse distributos.

Vilnae Decanus Petrowicz ex ambone Ecclesiae S. Raphaelis admonuit populum de schismate per linguam Russicam propinato, et super candelam rituales combussit. In Districtu Disnensi in villa Pliski populus per politiam deceptus brevi resipuit, et in scriptis reclamavit non esse suum statuere de modo orandi, sed Ecclesiae et Summi Pontificis. In mea dioecesi Politia promulgat gratiam Imperatoris per schedulas Ecclesiarum valvis affixas. Ast hactenus communiter omnes catholici abhorrent ab hujusmodi innovatione.

(*Sans signature*)

DOC. N. 25.

St. Pétersbourg, 22 mai 1870.

*Mgr. Staniewski
aux fidèles.*

Lettre pastorale concernant l'ukase impérial du 25 décembre 1869.

Traduction.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. II me, f. 364.

Joseph Maximilien Staniewski etc.

La résolution impériale et la circulaire de M.r le Ministre de l'intérieur, qui vous ont été communiquées dans ce temps, doivent vous convaincre que notre bien-aimé Monarque s'occupe avec un amour paternel de ses sujets de toutes les confessions, qu'il leur permet de professer librement

leur foi et d'en suivre les rites, et qu'en même temps il a jugé convenable, de donner même aux Catholiques romains le droit d'employer la langue russe pour les affaires religieuses dans les localités, où cette mesure répondra à leurs besoins et à leur désir.

Connaissant les bonnes intentions de notre Empereur, je puis, comme pasteur, vous assurer que l'introduction de la langue russe dans le service divin additionnel ne présente aucun danger pour notre sainte religion cath. rom., et que les vrais catholiques peuvent, sans porter atteinte à leur conscience, adresser leurs prières au Très-Haut en russe, aussi bien qu'en d'autres langues et écouter les instructions de leurs pasteurs, qui les raffermiront dans les principes de notre sainte religion cath. rom. et de la pure morale chrétienne. Par conséquent, si des malintentionnés voulaient vous convaincre de l'opinion contraire, vous ne devez pas leur croire et vous conformer à la mienne, qui n'a pour but que le bonheur de votre paroisse et votre édification spirituelle. Et c'est pour cela que ceux d'entre vous, qui sont fermement convaincus, que le service additionnel et les instructions religieuses seraient mieux compris en langue russe, peuvent en avertir leur curé et signer leurs noms sur les feuilles qu'il tient préparées.

En même temps je vous déclare que le service divin additionnel est une prière au Très-Haut, l'instruction spirituelle, une explication de la parole divine, et que tout pieux catholique doit en bonne conscience choisir la langue, dans laquelle il peut prier plus aisément et comprendre plus facilement la parole de Dieu.

DOC. N. 26.

s.l. 30 mai 1870.

Pie IX

à Mgr. Borowski.

Des difficultés de la part de la Russie.

Minute.

AA.EE.SS., C. di R. e Pol., XXI, p. 2me, f. 423.

Pius P.P. IX

Venerabilis Frater. Salutem et Apostolicam Benedictionem. Gratias agimus Deo maximas tibi gratulamur, Venerabilis Frater, quod ingruens et, uti videbatur, indeclinabile discrimen a te tuaque Dioecesi fuerit aversum, ac tuam summopere commendamus constantiam, qui periculi gravitate posthabita, magnanimiter te Episcopo digne Deo potius quam hominibus obsequendum duxeris, firmiterque reieceris quidquid in religionis nostrae sanctissimae detrimentum sacraeque liturgiae corruptionem vergere poterat. Non miramur autem, eos, qui sua spe ita frustrati fuerunt, novas struxisse minori Clero et populo insidias; ut quod a Pastore non potuerant, id ab ovibus assequerentur. Sed gaudemus hisce etiam adfuisse Deum; nec irritum reliquisse firmitatis exemplum a te ipsis exhibitum. In hisce quidem meras belli inducias agnoscimus: at dum de causa Dei agitur, contra spem sperandum est; in ipsius enim manu et eventus omnes et corda sunt hominum, et ipse omnia ad maiorem ordinat sui nominis gloriam. Erecto itaque animo decertare perge teque columnam ferream

et scutum aeneum praebe pro domo Dei, probe sciens, coronam vitae promissam esse iis, qui strenue pugnaverint usque ad mortem. Deus totius consolationis suavitate munerum suorum perfundat angores tuos; tibi que ac populo tuis curis credito copiosa largiatur gratiae suae subsidia. Nos interim eorum auspicem et praecipuae nostrae benevolentiae testem Apostolicam Benedictionem tibi totique dioecesi tuae peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 20. Maii anno 1870. Pontificatus nostri anno vigesimoquarto.

DOC. N. 27.

Rome, juin 1870.

*Pierre Kapnist
à la Secrétairerie d'Etat.*

Trois mémoires (A.B.C.) concernant les motifs qui ont incliné le Gouvernement de St. Pétersbourg à introduire la langue russe dans le culte catholique, avec cinq annexes.

Texte original français et italien.

AA.EE.SS. C. di R. e Pol., XXI, p. 1re, ff. 266-271.

* * *

A.

Admission de l'emploi de la langue russe pour les cultes étrangers.

Dans le but d'entraver la propagande catholique en Russie, il fut défendu en 1848, au clergé catholique de prononcer des sermons en langue russe. Cette défense, qui fut étendue à tous les autres cultes étrangers, se rapportait également à la célébration des offices du rite catholique, pour lesquels toutes les langues étrangères étaient admises, la messe proprement dite exceptée, qui se célèbre toujours en latin. Cette mesure, tout en servant le motif qui l'avait provoquée, entraînait, d'un autre côté, des conséquences, qui ne répondaient nullement aux vues du Gouvernement et donnait lieu à des inconvénients pratiques, très-sensibles pour les catholiques de l'Empire.

La religion catholique en Russie, dont la presque totalité du clergé appartient à la nationalité polonaise, a présenté de tout temps un puissant instrument pour la polonisation des populations catholiques de la Russie; — poussées par le clergé, elles devaient s'approprier la langue polonaise pour pouvoir participer à la célébration de leur culte, desservi le plus souvent par des prêtres ne connaissant que la langue polonaise, ou feignant de ne parler qu'elle. Ce grave inconvénient était surtout sensible pour les colons allemands, établis dans l'est et le midi de la Russie, auxquels la langue polonaise était complètement inconnue.

Afin d'atténuer l'effet de cette tendance du clergé catholique qui était soutenue par tous les efforts du parti national polonais, le gouvernement avait profité de l'institution du Siège épiscopal de Tiraspol, dont relèvent les colonies susmentionnées, pour créer à Saratov un séminaire catholique allemand, où l'instruction est confiée à des prêtres appelés de Bavière et où ne sont admis que des élèves originaires des colonies locales. Les

prêtres, formés dans ce séminaire, vont occuper les cures dans les colonies et pourront avec le temps, si non remplacer du moins affaiblir l'élément polonais dominant dans la hiérarchie catholique en Russie. Mais cette mesure, dont les fruits ne peuvent être recueillis que dans un avenir assez éloigné, était trop insuffisante pour paralyser la propagande polonaise des prêtres catholiques, qui trouvait même un appui dans la défense qui excluait la langue russe du rite catholique.

Pour mettre fin à cet inconvénient et favoriser les légitimes aspirations des populations des Gouvernements russes, de voir leur idiome introduit dans le service de leur culte, un ordre suprême du 25. Décembre 1869 a levé cette défense, qui pesait sur la langue russe et lui a assigné des droits égaux aux autres langues modernes, admises par les institutions canoniques pour les offices catholiques; tout en conservant l'emploi du latin pour la célébration de la messe. On peut s'attendre à ce que le clergé polonais entravera autant que possible l'exécution de cette mesure. Déjà lorsqu'il s'est agi d'introduire dans les écoles l'enseignement en langue russe du catéchisme catholique et qu'à cet effet il fut procédé à la traduction en russe du catéchisme polonais, qui avait obtenu l'approbation de l'autorité ecclésiastique compétente et était en usage depuis nombre d'années dans les écoles, l'évêque Borowski s'opposa avec obstination à l'introduction de cette mesure et défendit aux prêtres de son diocèse de se servir du texte russe du catéchisme, prétextant que quelques passages de la traduction n'étaient pas conformes aux doctrines du catholicisme. Quoique ces passages se trouvaient littéralement traduits d'après le texte polonais et en rendaient exactement le sens qui, tant qu'il était exprimé en polonais, n'avait pourtant jamais provoqué de condamnation de la part d'aucun évêque catholique, le Gouvernement trouvant les passages incriminés effectivement en désaccord avec les doctrines catholiques, y fit apporter les changements nécessaires et témoigna par là une fois de plus, qu'il n'entraînait nullement dans ses vues d'altérer en rien la pureté des dogmes catholiques par l'introduction de la langue russe dans l'enseignement du catéchisme. Bien au contraire, les difficultés apposées, sous l'influence du parti polonais, par l'évêque Borowski à l'enseignement en russe de la religion catholique, ne dénotent-elles pas, que ce parti serait plutôt prêt à sacrifier les dogmes catholiques pour sauvegarder le monopole, que la langue polonaise s'était arrogée sur le catholicisme en Russie.

* * *

B.

Sopra alcune falsità sparse dal partito polacco e sull'interesse reciproco del Governo russo e della Santa Sede di separare il polonismo dal cattolismo.

L'ammissione della lingua russa per il culto cattolico è l'oggetto di una opposizione ostinata dalla parte del partito polacco e di vivi assalti dalla parte della stampa polonofila.

Procedendo sempre co' loro mezzi abituali, essi si sono sforzati d'imbrogliare intenzionatamente la questione e di rappresentarla sotto un falso aspetto propagando errori di fatto.

Tra questi errori è vantaggioso di rilevarne due principali affine di ristabilire la verità.

10) Il partito polacco cerca di divulgare che il Governo russo vuole introdurre delle modificazioni nel rituale che trovasi in vigore nelle Diocesi cattoliche.

20) Il partito polacco vuole far credere per una confusione preconcepita, che la introduzione della lingua russa per il culto cattolico è imposta nel regno di Polonia.

Nulla di più falso.

10) Non si tratta minimamente di modificare in checchessia il rito cattolico romano e le misure del Governo Imperiale non hanno altro scopo che quello di sostituire la lingua russa alla polacca per togliere nelle provincie occidentali dell'Impero al partito polacco uno dei mezzi di cui esso si serve per polonizzarvi il popolo, facendo ivi del culto cattolico un istrumento per le sue machinazioni politiche.

20) Non si tratta punto di applicare questa misura nel regno di Polonia, — ove tutto resta come per il passato, — ma unicamente nelle provincie occidentali dell'Impero, cioè, ne' Governi di Vitebsk, Vilna, Mohileff, Kowno, Minsk, Zitomiria e Podolia (Diocesi di Telsz, Luck, Vilna, Minsk, Mohileff, Kamenez e Tiraspol). —

Per chiunque non vorrà ciecamente prestar fede alle falsità divulgate dal partito polacco, è ben evidente che queste provincie sono eminentemente russe per la loro popolazione. La più grande maggioranza del popolo ivi non parla che il russo, sebbene una gran parte del clero cattolico ivi sia, in effetto, polacco. Questa anomalia, dovuta a delle circostanze storiche, è precisamente la causa delle opposizioni che le misure del Governo Imperiale trovano dalla parte del Clero cattolico. — Se adunque uno si limitasse in questa questione ad invocare unicamente le testimonienze del Clero, — questo Clero sarebbe in ciò medesimo giudice e testimone nella propria sua causa. —

